PRIVILEGIA AVCTO-RITATES, FACVLTATES, INDVL-

gentiaeq; Fabricae Basilicae Principis Apostolorũ Sancti Petri de Vrbe, à quàmpluribus Ro. Pontificibus concessae:

ET PER SANCTISSIMVM D. N. Dominum PAVLVM diuina prouidentia Papam IIII, confirmatae,



ROMAE M. D. LVIIII.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS *seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam,*

CVNCTIS *disponentes fidelibus indulgentias, facultates, & gratias per prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac per nos fidelibus ipsis pia suffragia fabricæ Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe impartientibus concessas innotesc ere tenores quarundam literarum Apostolicarum, & in forma breuis, quæ desuper à fe.re. Iulio II. & Leone X. Romanis Pontificibus etiam prædecessoribus nostris, & successiue a nobis emanarunt, & per uenerabilem fratrem Hieronymum Episcopum Vuigornien. Curiæ causarum Cameræ nostræ Apostolicæ generalem Auditorem, sub publicis transumptis manu Notarij publici ipsius Curiæ subscriptis, & eius sigillo munitis exemplatæ fuerint, præsentibus inseri fecimus. Volentes et Apostolica auctoritate decernentes, quòd huiusmodi sic insertis tenoribus stetur, & plena fides adhibeatur in iudicio, & extra illud ubicunque exhibiti fuerint siue ostensi, Tenores uero dictarum literarum sequuntur, et sunt tales,* IVLIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem, sublimi sedis Apostolicæ solio, diuina disponente prouidentia, præsidentes circa Basilicam beati Petri Principis Apostolorun de Vrbe dignioribus ædificijs fabricandam & coronandam eo diligentius conuenit nos intendere, ut sicut ipse Petrus a Domino electus inter Apostolos meruit principatum obtinere, Ita eius Basilica alias Vrbis et orbis ecclesias præcipuis structuris antecellat. Dudum siquidem a nobis emanarunt lite*

Literæ Iulij.

Aliæ literæ præfati Iulij II.

ræ tenoris subsequentis, IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Liquet omnibus Christianæ fidei cultoribus beatum Petrum ab ipso saluatore nostro domino Iesu Christo Apostolorum principem fuisse constitutum, eiq; ligandi atque soluendi animas cœlesti priuilegio traditam esse potestatem, cum ei dicitur, Tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claues regni cœlorum, et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in cœlis, et quodcunq; solueris super terram, erit solutum et in terris. Vnde nos qui, licet imparibus meritis eiusdem cœlorum clauigeri successores sumus, et eius loca in sancta Dei ecclesia residemus, considerantes quod diffusis per orbem terrarum ecclesijs [illegible]iniuncto nobis a Deo Apostolatus officio prouidere teneamur, ut ecclesiæ ipsæ quæ domus Dei sunt in suis structuris et ædificijs non solum conseruentur, sed etiam si opus fuerit reparentur, circa tamen Basilicam de Vrbe ipsius Petri principis Apostolorum maiorem curam et diligentiam adhibere nos conuenit, ut sicut ipse beatus Petrus ab ipso Saluatore nostro princeps Apostolorum est constitutus, ita etiam ipsius Basilica, quæ non parua reparatione indiget inter cæteras Vrbis et orbis ecclesias congruentibus, ac etiam necessarijs ædificijs reædificetur, construatur et amplietur, ac reædificata, constructa, et ampliata conseruetur. Et cum nuper ex præmissis et certis alijs rationabilibus causis, iuxta nostri cordis desyderium ad dictæ Basilicæ restaurationem manus operarias apposuissemus, cognoscentes fabricam huiusmodi absque pijs et largis fidelium erogationibus ad finem optatum perduci non posse, per quasdam primo uniuersis Christifideli-

Facultas p annū

bus utriusque sexus, qui infra annum a die publicationis earundem computandum in capsa ad id in dicta Basilica collocanda per seipsos mitterent, uel per alios mitti et poni facerent, tantum quantum eorum pia deuotio eis dictaret in pecunia numerata, aut in rebus aliis ad opus ipsum conuertendis, uel circa opus se personaliter exercerent, seu bonæ memoriæ Henrico Archiepiscopo Tarentin. *generali* Thesaurario *nostro se ad pie erogandum aliquid ad opus ipsum iuxta eorum piam deuotionem efficaciter obligarent, ut idoneum possent eligere confessorem qui eos a certis tunc expressis casibus absoluere, & super certis etiam tunc expressis in foro conscientiæ dumtaxat, dispensare posset, concessimus facultatem, & deinde prouide attendentes difficile fore prædicta infra annum a die illarum publicationis ad notitiam* Christifidelium *ultra montes consistentium, peruenire posse ipsas per alias nostras literas, ad nostrum beneplacitum prorogauimus & cunctorum* Christifidelium *salutem præcipue illorum qui in uigintiquinque prouincijs in quibus* Vicarius *generalis ordinis fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum citra montes existit, iuxta morem dicti ordinis numerandis; & sub quibus etiam tota* Italia, Sicilia *ultra pharum*, Corsica, Creta, Cyprus, Rhodum *usque ad* Hierosolimam, Dalmatia, Croacia, Bosna, Vngaria, Austria, Bohemia, & Polonia, *ac insulæ maris mediterranei continentur, degunt, affectantes, ac considerantes quòd licet* Christifideles *huiusmodi in dictis prouincijs et insulis habitantes, deuote cuperent dictarum indulgentiarum pro dicta fabrica concessarum participes fieri, tamen quoniam ob locorum distantiam personaliter ad dictam fabricam se conferendi aut per alium pias elemosinas pro huiusmodi fabrica in dictam capsam transmittendi omnimodam commoditatem non*

Eligendi confessorem, qui absoluat in certis casibus.

Prorogatio ad beneplacitum, & extensio ad uigintiquinque prouincias.

habenat paternæ animarũ suarũ saluti, et dictæ fabricæ oppor tunæ subuẽtioni consulere cupiẽtes, exemplo ipsius Saluatoris nostri qui ad diuersas mundi partes ad prædicandum sanctum euangelium, ut animas patri lucrifaceret, suos Apostolos misit quantum ex alto conceditur, Vniuersis eiusdem Christifidelibus utriusque sexus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus ordinis, conditionis, & præeminentiæ existerent, etiam ecclesiasticis religiosis, ac alijs secularibus per uniuersas prouincias, & insulas prædictas constitutis, uere pœnitentibus, et confessis, qui infra annum, & deinde ad beneplacitum nostrum a publicatione priorum literarum nostrarum prædictarum in dictis prouincijs & insulis facienda computandum, ecclesias in dictis prouincijs & insulis quas quondam Hieronymus de Torniello, ordinis fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum professor tunc in humanis agens, & qui dicti ordinis Vicarius generalis citramontanus tunc existebat, & cui propter uitæ integritatem curam indulgentiarum prædictarum in dictis prouincijs, & insulis singulariter commisimus, & quem ad hæc; ac infrascripta, & alia tunc expressa peragenda in dictis prouincijs & insulis nostrum & Apostolicæ sedis nuncium & commissarium ad dictum annum & beneplacitum fecimus, constituimus, & deputauimus; nominaret, iuxta eiusdem nuncij & commissarij, seu deputandi & deputandorum, aut subdelegandorum, ab eo prouidam ordinationem super hoc faciendam deuote uisitarent, & in capsis ad hoc in subsidium dictæ fabricæ per nuncium seu commissarium, aut deputandum, uel subdelegandum prædictos, deputandis, iuxta nuncij, et commissarij ac deputandorum, uel subdelegandorum prædictorum ordinationem & arbitrium pias elemosinas effectualiter po-

nerent peccatorum remissiones, & alia spiritualia dona ad animarum suarum salutem consequendam concessimus, & indulsimus, prout in singulis literis prædictis, quarum tenores ac facultates in præmissis eidem Hieronymo, etiam in forma breuis concessas, ac si de uerbo ad uerbum insererentur, præsentibus haberi uolumus pro expressis plenius continetur. Cum autem dictus Hieronymus uita functus & deputati ab eo in præmissis fidelem & solicitam diligentiam et curam adhibuerint, & plene eidem fabricæ dictæ Basilicæ prouisum non existit et pijs fidelium subuentionibus pro præmissis pie erogatis satisfactum non sit, neque satisfieri possit, propter ipsius fabricæ quodammodo intollerabilem impensam propterea necessariam, sed sint eorundem & aliorum Christifidelium pia suffragia plurimum opportuna. Nos cupientes prout nobis, & inter cætera nobis desiderabilia cordi est prædictæ Basilicæ fabricam ad debitam perfectionem deduci, & de fidelitate, diligentia & sollicitudine in præmissis dilecti filij Francisci Zeni de Mediolano, dicti ordinis fratrum minorum, de obseruantia nuncupatorum professoris, & prouinciarum citramontan. dicti ordinis secundum illius ordinem moderni Vicarij generalis, propter cuius bonitatem & experientiam rerum in domino plurimum confidentes, ipsum in dictis prouincijs & insulis indulgentiarum huiusmodi nostrum & Apostolicæ sedis nuncium & commissarium cum omnibus et singulis facultatibus et auctoritatibus, et etiam inhibendi quibusuis questuarijs, alias eidem Hieronymo quo ad præmissa etiam per literas nostras in forma breuis, etiam ultra in præsentibus contentas facultates auctoritate Apostolica, tenore præsentium facimus, constituimus, et deputamus, ipsasq; et omnes et singulas facultates

Remissio peccatorum.

Deputatio Francisci Zeni in Cōmissarium.

Facultas inhibendi quibusuis questuarijs.

eidem Hieronymo & ab eo subdelegatis Commissariis in præmissis quomodolibet concessas præfato Francisco Zeno Vicario generali, eiusq; subdelegandis Commissariis concedimus. Et nihilominus uniuersis Christifidelibus utriusque sexus, tam secularibus quàm regularibus ordinum quorumcunque prouinciarum & insularum prædictarum, qui iuxta eiusdem Francisci Zeni Commissarii & nuncii aut deputati seu subdelegati, aut deputandorum, seu subdelegandorum ad eorundem prouidam ordinationem super hoc faciendam in capsis ad hoc in subsidium dictæ fabricæ per Nuncium & Commissarium, seu deputandum uel deputandos, aut subdelegandum uel subdelegandos ab eis deputandis iuxta Nuncii & Commissarii, ac deputandorum & subdelegandorum prædictorum ordinationem & arbitrium pias elemosinas effectualiter posuerint plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem consequantur, & qui cum præfatis Commissario seu delegandis & subdelegandis prædictis conuenerint, ut idoneum possint eligere confessorem, presbyterum secularem uel cuiusuis ordinis etiam mendicantium regularem, qui eorum confessione diligenter audita, pro commissis per eligentem delictis & excessibus. ac peccatis quibuslibet, quantumcunque grauibus, enormibus, etiã sedi Apostolicæ reseruatis casibus, ac censuris ecclesiasticis, etiam ab homine ad alicuius instantiam latis, de consesu partiũ, etiam, etiam ratione interdicti incursis, & quarum absolutio dictæ sedi esset reseruata, præterquam machinationis in personam summi Pontificis, occisionis Episcoporum, aut aliorum superiorum prælatorum, et iniectionis manuum uiolentarum in illos, aut alios prælatos, falsificationis Bullarum, & literarum Apostolicarum, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes

Pro dantibus elemosinas plenissima indulgentia.

Cõuenientibus cũ Cõmissario, vel delegando datur facultas eligendi confessorem, qui possit absoluere.

Excipiuntur quidam casus.

partes infidelium, ac sententiarum & censurarum occasione Aluminum Tulphæ nostræ, ac de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem nostram delatorum incursarum semel in uita & in non reseruatis casibus, totiens quotiens id petierint, et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem impendere, ac pœnitentiam salutarem iniungere. et Eucharistiæ Sacramentum, præterquam in die paschatis, et in mortis articulo aliis anni temporibus ministrare; necnon per eos emissa uota quæcunque, ultramarino, ingressus religionis et castitatis uotis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare. Ac cum simoniæ in ordinibus uel beneficiis commissæ labe pollutis, ad ipsum opus contribuentibus super irregularitate si quam censuris huiusmodi ligati Missas et alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, aut aliàs diuinis se immiscendo, seu aliàs quomodolibet, etiã beneficia ecclesiastica præmissorum occasione, uel aliàs indebite occupando, præterquam ratione homicidij uoluntarii et bigamiæ contraxerint dispensare, eosq; absoluere, omnemq; inhabilitatis et infamiæ maculam siue notam ex his prouenientem abolere. Et in susceptis ordinibus ministrare ac si acquisita beneficia ecclesiastica, quæ ex tunc eis de nouo collata censeantur et perceptos ex his fructus, etiam ratione ommissionis horarum canonicarum et diuinorum officiorum, facta aliqua compositione cum eis concedere, necnon super male ablatis incertis, uel per usurariam prauitatem quæsitis. etiam certis quæ fœnerator ab alio fœneratore extorsisset, et quæ ipse requisitus usuras restituere paratus non esset, uel alicui priuatæ ecclesiæ deberentur, in quibus tamen Romana ecclesia de iure communi succedere posset, ac etiam bonis quæ ad alicuius manus

Facultas administrañ. Eucharistie sacramentũ,
Cõmutandi vota
Dispẽsandi sup simonia etc.
Dispẽsandi sup irregularitate.

Excipitur homicidiũ voluntariũ & bigamia.
Datur facultas administrandi in ordinibus.
Cõferẽdi de nouo ecclesiastica beneficia.
Concedendi retẽtionem fructuum male perceptorũ
Componẽdi sup male ablatis & acquisitis p vsurariam prauitatem.

Super debitis priuatæ ecclesiæ.

PRIVILEGIA AVCTORITATES, FACVLTATES, INDVLgentiaeq; Fabricae Basilicae Principis Apostolorũ Sancti Petri de Vrbe, à quàmpluribus Ro. Pontificibus concessae:

ET PER SANCTISSIMVM D. N.
Dominum PAVLVM diuina prouidentia
Papam IIII, confirmatae,



ROMAE M. D. LVIIII.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS *seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam,*

CVNCTIS *disponentes fidelibus indulgentias, facultates, & gratias per prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac per nos fidelibus ipsis pia suffragia fabricæ Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe impartientibus concessas innotescere tenores quarundam literarum Apostolicarum, & in forma breuis, quæ desuper à fe.re.* Iulio II. *&* Leone X. *Romanis Pontificibus etiam prædecessoribus nostris, & successiue a nobis emanarunt, & per uenerabilem fratrem* Hieronymum *Episcopum* Vuigornien. Curiæ *causarum* Cameræ *nostræ* Apostolicæ *generalem* Auditorem, *sub publicis transumptis manu* Notary *publici ipsius* Curiæ *subscriptis, & eius sigillo munitis exemplatæ fuerint, præsentibus inseri fecimus.* Volentes *et* Apostolica *auctoritate decernentes, quòd huiusmodi sic inser tis tenoribus stetur, & plena fides adhibeatur in iudicio, & extra illud ubicunque exhibiti fuerint siue ostensi,* Tenores *uero dictarum literarum sequuntur, et sunt tales,* IVLIVS *Episcopus seruus seruorum* Dei, *Vniuersis* Christifidelibus *præsentes literas inspecturis salutem &* Apostolicam *benedictionem, sublimi sedis* Apostolicæ *solio, diuina disponente prouidentia, præsidentes circa* Basilicam *beati* Petri *Principis* Apo*stolorun de* Vrbe *dignioribus ædificijs fabricandam & coronandam eo diligentius conuenit nos intendere, ut sicut ipse* Petrus *a* Domino *electus inter Apostolos meruit principatum obtinere,* Ita *eius* Basilica *alias* Vrbis *et orbis ecclesias præcipuis structuris antecellat.* Dudum *siquidem a nobis emanarunt lite-*

Literæ Iulij.

Aliæ literæ præfati Iulij II.

ræ tenoris subsequentis, IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Liquet omnibus Christianæ fidei cultoribus beatum Petrum ab ipso saluatore nostro domino Iesu Christo Apostolorum principem fuisse constitutum, eiq; ligandi atque soluendi animas cœlesti priuilegio traditam esse potestatem, cùm ei dicitur, Tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claues regni cœlorum, et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in cœlis, et quodcunq; solueris super terram, erit solutum et in terris. Vnde nos qui, licet imparibus meritis eiusdem cœlorum clauigeri successores sumus, et eius loca in sancta Dei ecclesia residemus, considerantes quod diffusis per orbem terrarum ecclesijs ex iniuncto nobis a Deo Apostolatus officio prouidere tencamur, ut ecclesiæ ipsæ quæ domus Dei sunt in suis structuris et ædificijs non solum conseruentur, sed etiam si opus fuerit reparentur, circa tamen Basilicam de Vrbe ipsius Petri principis Apostolorum maiorem curam et diligentiam adhibere nos conuenit, ut sicut ipse beatus Petrus ab ipso Saluatore nostro princeps Apostolorum est constitutus, ita etiam ipsius Basilica, quæ non parua reparatione indiget inter cæteras Vrbis et orbis ecclesias congruentibus, ac etiam necessarijs ædificijs reædificetur, construatur et amplietur, ac reædificata, constructa, et ampliata conseruetur. Et cum nuper ex præmissis et certis alijs rationabilibus causis, iuxta nostri cordis desyderium ad dictæ Basilicæ restaurationem manus operarias apposuissemus, cognoscentes fabricam huiusmodi absque pijs et largis fidelium erogationibus ad finem optatum

Facultas p annū

perduci non posse, per quasdam primo uniuersis Christifideli-

bus utriusque sexus, qui infra annum à die publicationis earundem computandum in capsa ad id in dicta Basilica collocanda per seipsos mitterent, uel per alios mitti et poni facerent, tantum quantum eorum pia deuotio eis dictaret in pecunia numerata, aut in rebus aliis ad opus ipsum conuertendis, uel circa opus se personaliter exercerent, seu bonæ memoriæ Henrico Archiepiscopo Tarentin. *generali* Thesaurario *nostro se ad pie erogandum aliquid ad opus ipsum iuxta eorum piam deuotionem efficaciter obligarent, ut idoneum possent eligere confessorem qui eos a certis tunc expressis casibus absoluere, & super certis etiam tunc expressis in foro conscientiæ dumtaxat, dispensare posset, concessimus facultatem, & deinde prouide attendentes difficile fore prædicta infra annum a die illarum publicationis ad notitiam* Christifidelium *ultra montes consistentium, peruenire posse ipsas per alias nostras literas, ad nostrum beneplacitum prorogauimus & cunctorum* Christifidelium *salutem præcipue illorum qui in uigintiquinq; prouincijs in quibus* Vicarius *generalis ordinis fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum citra montes existit, iuxta morem dicti ordinis numerandis; & sub quibus etiam tota* Italia, Sicilia *ultra pharum*, Corsica, Creta, Cyprus, Rhodum *usq; ad* Hierosolimam, Dalmatia, Croacia, Bosna, Vngaria, Austria, Bohemia, & Polonia, *ac insulæ maris mediterranei continentur, degunt, affectantes, ac consyderantes quòd licet* Christifideles *hmôi in dictis prouincijs et insulis habitantes, deuote cuperent dictarum indulgeniiarũ pro dicta fabrica concessarũ participes fieri, tamẽ quoniã ob locorũ distantiã personaliter ad dictã fabricã se cõferendi aut per aliũ pias elemosinas pro hmôi fabrica in dictã capsã transmittẽdi omnimodã cõmoditatem nõ*

Eligẽdi confessorem, qui absoluat in certis casibus.

Prorogatio ad beneplacitum, & extensio ad uigintiquinque prouincias.

habenat paternæ animarũ ſuarũ ſaluti, et dictæ fabricæ oppor tunæ ſubuẽtioni conſulere cupiẽtes, exemplo ipſius Saluatoris noſtri qui ad diuerſas mundi partes ad prædicandum ſanctum euangelium, ut animas patri lucrifaceret, ſuos Apoſtolos miſit quantum ex alto conceditur, Vniuerſis eiusdem Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſterent, etiam eccleſiaſticis religioſis, ac alijs ſecularibus per uniuerſas prouincias, & inſulas prædictas conſtitutis, uere pœnitentibus, et con feſſis, qui infra annum, & deinde ad beneplacitum noſtrum a publicatione priorum literarum noſtrarum prædictarum in dictis prouincijs & inſulis facienda computandum, eccleſias in dictis prouincijs & inſulis quas quondam Hieronymus de Torniello, ordinis fratrum minorum de obſeruantia nuncupa torum profeſſor tunc in humanis agens, & qui dicti ordinis Vicarius generalis citramontanus tunc exiſtebat, & cui prop ter uitæ integritatem curam indulgentiarum prædictarum in dictis prouincijs, & inſulis ſingulariter commiſimus, & quem ad hæc; ac infraſcripta, & alia tunc expreſſa peragenda in dictis prouincijs & inſulis noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nun cium & commiſſarium ad dictum annum & beneplacitum fe cimus, conſtituimus, & deputauimus; nominaret, iuxta eiuſdem nuncij & commiſſarij, ſeu deputandi & deputandorum, aut ſubdelegandorum, ab eo prouidam ordinationem ſuper hoc faciendam deuote uiſitarent, & in capſis ad hoc in ſubſidium dictæ fabricæ per nuncium ſeu commiſſarium, aut deputandum, uel ſubdelegandum prædictos, deputandis, iuxta nuncij, et com miſſarij ac deputandorum, uel ſubdelegandorum prædictorum ordinationem & arbitrium pias elemoſinas effectualiter po-

nerent peccatorum remisſiones, & alia spiritualia dona ad animarum ſuarum ſalutem conſequendam conceſſimus, & indulſimus, prout in ſingulis literis prædictis, quarum tenores ac facultates in præmiſſis eidem Hieronymo, etiam in forma breuis conceſſas, ac ſi de uerbo ad uerbum inſererentur, præſentibus haberi uolumus pro expreſſis plenius continetur. Cum autem dictus Hieronymus uita functus & deputati ab eo in præmiſſis fidelem & ſolicitam diligentiam et curam adhibuerint, & plene eidem fabricæ dictæ Baſilicæ prouiſum non exiſtit et pijs fidelium ſubuentionibus pro præmiſſis pie erogatis ſatisfactum non ſit, neque ſatisfieri poſſit, propter ipſius fabricæ quodammodo intollerabilem impenſam propterea neceſſariam, ſed ſint eorundem & aliorum Chriſtifidelium pia ſuffragia plurimum opportuna. Nos cupientes prout nobis, & inter cætera nobis deſiderabilia cordi eſt prædictæ Baſilicæ fabricam ad debitam perfectionem deduci, & de fidelitate, diligentia & ſollicitudine in præmiſſis dilecti filij Franciſci Zeni de Mediolano, dicti ordinis fratrum minorum, de obſeruantia nuncupatorum profeſſoris, & prouinciarum citramontan. dicti ordinis ſecundum illius ordinem moderni Vicarii generalis, propter cuius bonitatem & experientiam rerum in domino plurimum confidentes, ipſum in dictis prouincijs & inſulis indulgentiarum huiuſmodi noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nuncium & commiſſarium cum omnibus et ſingulis facultatibus et auctoritatibus, et etiam inhibendi quibuſuis queſtuarijs, alias eidem Hieronymo quo ad præmiſſa etiam per literas noſtras in forma breuis, etiam ultra in præſentibus contentas facultates auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium facimus, conſtituimus, et deputamus, ipſasq; et omnes et ſingulas facultates

Remisſio peccatorum.

Deputatio Franciſci Zeni in Cōmiſſarium.

Facultas inhibendi quibuſuis queſtuarijs.

partes infidelium, ac sententiarum & censurarum occasione Aluminum Tulphæ nostræ, *ac de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem nostram delatorum incursarum semel in uita & in non reseruatis casibus, totiens quotiens id petierint, et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem impendere, ac pœnitentiam salutarem iniungere*. et Eucharistiæ Sacramentum, *præterquam in die paschatis, et in mortis articulo aliis anni temporibus ministrare; necnon per eos emissa uota quæcunque, ultramarino, ingressus religionis et castitatis uotis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare*. Ac *cum simoniæ in ordinibus uel beneficiis commissæ labe pollutis, ad ipsum opus contribuentibus super irregularitate si quam censuris huiusmodi ligati Missas et alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, aut aliàs diuinis se immiscendo, seu aliàs quomodolibet, etiã beneficia ecclesiastica præmissorum occasione, uel aliàs indebite occupando, præterquam ratione homicidij uoluntarii et bigamiæ contraxerint dispensare, eosq; absoluere, omnemq; inhabilitatis et infamiæ maculam siue notam ex his prouenientem abolere*. Et *in susceptis ordinibus ministrare ac si acquisita beneficia ecclesiastica, quæ ex tunc eis de nouo collata censeantur et perceptos ex his fructus, etiam ratione ommissionis horarum canonicarum et diuinorum officiorum, facta aliqua compositione cum eis concedere, necnon super male ablatis incertis, uel per usurariam prauitatem quæsitis. etiam certis quæ fœnerator ab alio fœneratore extorsisset, et quæ ipse requisitus usuras restituere paratus non esset, uel alicui priuatæ ecclesiæ deberentur, in quibus tamen Romana ecclesia de iure communi succedere posset, ac etiam bonis quæ ad alicuius manus*

Facultas administran. Eucharistie sacramentũ.
Cõmutandi vota
Dispẽsandi sup simonia etc.
Dispẽsandi sup irregularitate.

Excipitur homicidiũ voluntariũ & bigamia.
Datur facultas administrandi in ordinibus.
Cõferẽdi de nouo ecclesiastica beneficia.
Concedendi retẽtionem fructuum male perceptorũ
Componẽdi sup male ablatis & acquisitis p vsurariam prauitatem.

Super debitis priuatæ ecclesiæ.

peruenissent et illa habentes quibus restitui deberent, ignorauerint, uel dubitauerint, quamquam male ablata per eos non existant, seu illa ad eos peruenerint, et similiter de his quae pauperibus et aliis piis locis in genere, et absque ulla speciali determinatione, et propriis nominibus personarum non expressis, relicta forent, tam pro praeterito quam pro futuro temporibus componere, ita ut soluta aliqua quantitate pro dicta fabrica eidem Nuncio uel Commissario, seu deputando uel subdelegando ab eo dumtaxat in capsis ipsis ponenda, à reliquorum sic relictorum, & male ablatorum, ac per usurariam prauitatem extortorum, seu quae ad eos aliàs peruenerint, & cui ea restituere debeant, dubitant, uel ignorant, ut praefertur, restitutione absoluti existant & ultra restituere minime teneantur. eis concedere, ac illa quae ante publicationem dictarum nostrarum indulgentiarum inexacta etiam si illa ordinariis, pro ipsis tamen incertis quoquomodo relicta, donata, & quae eis quouismodo obuenerint, necnon quae ab ipsis ordinariis, uel eorum nomine post ipsam publicationem exacta & eis quoquomodo soluta. ac etiam quae ante ipsam publicationem pro ipsis incertis aut incertis personis et locis, non debebantur, sed post publicationē praedictam deberi coeperunt, etiam si ordinariis ut praemittitur, relicta, donata, aut obuenta. tanquam eis indebita per ipsum Commissarium, et delegandos ac subdelegandos ab ipso nomine dictae fabricae libere exigi ac expeti, et assequi posse, et debere, etiam sub censuris ecclesiasticis, ac poenis pecuniariis, aliisq; iuris remediis opportunis, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, ac quoscunque qui ante aetatem legitimam ad sacros etiam presbyteratus ordines absque aliqua dispensatione se promoueri fecerunt, et in susceptis ordinibus,

Marginal notes:

Super bonis incertis.

Sup relictis pauperibus, & alijs pijs locis in genere.

Facultas exigēdi pro fabrica relicta vel donata ordinarijs p incertis rebus aut īcertis personis et locis, etiā exacta per ipsos ordinarios post praesentiū publicationē.

Dispēsandi cum male promotis.

etiam ministrarunt, ac qui ex quauis licita aut illicita cognatio-ne proueniente affinitate et consanguinitate aut cognatione carnali uel spirituali, inter leuatum et leuantem excepto, simplici aut multiplici gradu, ac quoscunque qui publicæ honestatis iustitiæ impedimento, seu aliàs quomodolibet impediti, matrimonium scienter uel ignoranter in quarto uel tertio, ac per copulam fornicariam, non tamen publicam, etiam in primo affinitatis gradu contraxissent, et carnali copula consumassent si impedimētum huiusmodi in iudicium deductum non fuerit, uel scandalum generare non posit, ab excessu huiusmodi, ac excommunicationis sententia, quam propterea incurrissent, iniuncta inde eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, quæ ad fabricam huiusmodi dirigatur, et quod de cætero talia non committant, nec committentibus præstent auxilium, consilium, uel fauorem et alijs quæ de iure fuerint iniungenda absoluere, et ut de nouo inuicem matrimonium contrahere. et in illo sic contracto similiter remanere libere et licite ualeant prolem susceptam ex huiusmodi matrimonio, si qua sit, et suscipiendam legitimam decernendo in foro conscientiæ duntaxat quo ad alios quàm quo ad illos qui in tertio uel quarto consanguinitatis gradu existentes matrimonium contraxerunt, ut præfertur, quos in utroq; foro absolui, et matrimonium de nouo etiam publicè contrahere posse uolumus, et cum eisdem promotis super irregularitate, quam etiam in dictis ordinibus ministrando contraxerint, quodq; in dictis ordinibus ministrare posint dispensare, ac cū quibuscunque qui bona ecclesiarum, monasteriorum, et ecclesiasticorum, beneficiorum quorumlibet haberent, et iudicialiter deficientibus probationibus ad illorum restitutionem compelli non possent, etiam si per eos probari posset, et bona omnia

Dispensandi in gradibus prohibitis.
Super cognat. spirituali.
Sup publica honestate.
Super coniunctis in Quarto.
In tertio & primo per copulam fornicariam.

Coniuncti in tertio vel quarto dispēsantur in vtroque foro.

Applicat fabricæ bona ecclesiarū, &c.
Deficientibus probationibus.

Male ablata etiã legata in testamentis.

Relicta incertis ecclesijs, pijs locis, aut personis, vel absentib. quãdo ppter absentiam de ipsis relictis hmõi absentes merito notitiam habere non possint.

Subiecta restitutioni, sed psonis incapacibus.

Relicta pro redemptione captiuorum.

Hereditates et bona decedẽtiũ ab intestato debita etiã indulto apostolico ad prædictam hæreditatẽ captiuorum.

Exponẽda in cõuiuijs et publicis spectaculis.

Facultas absoluendi tenentes ad restitutionem bonorum ecclesiarum &c.

ac quæcunque legata et aliàs quomodolibet etiam hæreditatis titulo pro male ablatis restitutione relicta hactenus et quæ relinqui et largiri contigerit in futurum durante deputatione Nuncij et Commissarij per præsentes facta in quibuscunque testamentis donationibus causa mortis codicillis, aut alijs ultimis uoluntatibus per quoscunque, & ubicunque factis, & quæ durante huiusmodi deputatione fient quibuscunque incertis ecclesiis & piis locis aut personis similiter incertis uel absentibus, taliter quòd propter ipsorum absentiam merito ab eis notitia haberi non posset, ac etiam quæ restitutioni subiacerẽt, sed in eis uel ad ea personis quibus illæ fieri deberent, receptio non competeret. Necnon quæcunque in testamentis donationibus causa mortis codicillis, aut aliis ultimis uoluntatibus, pro redemptione captiuorum, etiam si beatæ Mariæ de Mercede, & Sanctæ Trinitatis redemptionis captiuorum ordinibus, & Sanctæ Eulaliæ Barchinon. relicta fuerint, ac hæreditates & bona decedentium, ab intestato clericorum & laicorum etiam indulto Apostolico, aut aliàs ad redemptionem prædictam captiuorum dedicata pertinere deberent facultate Nuncii & Commissarii concessa huiusmodi durante. Necnon omnes & singulas pecunias & res alias quæ in prandiis et conuiuiis, ac publicis spectaculis, in aliquibus celebritatibus ex uoto et statuto seu consuetudine in quibusuis locis exponi consueuerint, & facultate Nuncii & Commissarii huiusmodi durante exponi deberent ad fabricam huiusmodi applicamus, et sub restitutione bonorum ecclesiarum, monasteriorum, et beneficiorum huiusmodi competenti recepta portione uel quantitate pro eis in fabricam huiusmodi conuertenda, ipsos sic ea tenentes ab ulteriori eorum restitutione libere absoluere, et ꝙ

illa retinere libere possint in posterum eis etiam concedere, Ipseq; Nuncius & Cõmissarius, & quibus uices suas in genere uel in specie duxerit cõmittendũ, possint dubietates quascunq; tam super qualitate personarum qbus facultas eligendi confessorem concedi possit, etiam si comprehendantur cõmunia Ciuitatum, Vniuersitates, Oppidorum, Castrorum, Villarum, et aliorum locorum, ac collegia, quæ & illorum singulares personæ absolutione a præmissis, uel aliquo præmissorum, ac dispensatione super eis, uel aliquo eorum indigerent, quã cætera alia dubia decidere, & summam pecuniariam pro consequenda indulgentia huiusmodi & alijs præmissis limitare, & taxare, ac facultatem eligendi confessorem huiusmodi cõcedere, Ac quascunq; indulgẽtias, tam a nobis quam a prædecessoribus nostris & a sede prædicta, uel eius auctoritate quibuscunq; ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, etiam nostro S. Spiritus in Saxia de Vrbe, ordinis S. Augustini, & alijs pijs locis uniuersitatibus, confraternitatibus cuiuscunq; qualitatis, & ad quęcunq; usum etiam laicorum & clericorum institutis, & singularibus personis, etiam plenarias in uita ac quascũq; facultates quibusuis personis cuiuscunque dignitatis etiã Cardinalatus honore, aut Legationis fungentibus super præmissis, uel aliquo præmissorum hactenus concessas, præterquam ratione sustentationum pauperum, & miserabilium personarum in Parisien. et sancti Iacobi de Galitia, ac Portugaliæ regnis hospitalibus degentiũ, quas quo ad illorum usum in prouincijs in qbus dicta hospitalia respectiue sita sunt, secundum Cancellariæ nostræ morẽ terminandis, & non in aliquibus alijs locis durare uolumus, ac expeditionis contra Turcas et Hæreticos concessis, etiã quascunq; clausulas præseruatiuas aduersus reuocationes et suspen

Cõmissio decidẽdi dubietates sup qualitate psonarum, qbus datur facultas eligendi confessorem.

Decidendi alia dubia.

Taxãdi summã pecuniarum prò cõsequẽda indulgentia & alia p missa.

Facultas suspẽdẽdi omnes alias indulgentias.

siones earundem in se continentes quando & quotiens, & ad quod tempus Nuncio & Cōmissario præfato, uel deputandis, uel subdelegandis ab eo uidebitur opportunū suspendere, quas omnes & singulas nos præsentibus ad dictum beneplacitū nostrum suspendimus, & suspensas fore decernimus & declaramus, prohibentes omnino questas quascunq; illarum occasione fieri solitas, ac mandantes uniuersis & singulis locorum ordinariis Abbatibus, & aliis cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis, uel præeminentiæ existant, sub excōmunicationis latæ sententiæ pœna, ac quingentorum ducatorum auri Fabricæ prædictæ applicandorum pœnis, ipso facto incurrendis, ne publicationem & prædicationem dictarum nostrarum indulgētiarum & suspensiones aliarum huiusmodi in eorum ecclesiis, ciuitatibus, diocesibus, ubi & quotiens opus fuerit faciendam impedire, & aliquid prætextu publicationis petere, & etiam a sponte offerentibus recipere, et exigere, aut in præmissis uel circa ea fraudem aut dolum cōmittere, neq; procurantes huiusmodi indulgentiarum participes fieri, et sua pia suffragia erogare ab huiusmodi eorum proposito in toto uel in parte directe, uel indirecte, tacite uel expresse retardare, aut per se uel eorū Vicarios uel officiales licētias faciendi questas, aliquibus questoribus alicuius ordinis, uel religionis, aut fraternitatum, uel hospitalium, aut aliis quomodolibet deputatis, uerbo uel in scriptis concedere. Quinimmo questores omnes et singulos quos in eorum iurisdictione repererint, cum eorum rebus et bonis, quæ dictæ Fabricæ applicata esse decernimus, & ad Cameram Apostolicam fideliter deferri mandamus retinere ualeant, nec modo aliquo audeant aut præsumant, per se uel alium dispensatos, aut illos cum qbus præsentium uigore

Prohibitio questarum.

Præcipitur ordinarijs et alijs ne sub excōicatiōis latæ sn̄iæ et 500 ducatorū pœnis ipso facto incurrendis impediāt publicat. & p̄dicationē indulgentiarum fabricæ & suspensiones aliarū indulgentiarum, nec petere, vel recipere etiam a spōte offerētibus aliquid.

Nec committere fraudē vel dolū.

Nec retardare pcurantes fieri participes indul.

Nec cōcedere licentias faciendi questas.

Præcipit vt retineāt questores et eorum bona applicat fabricæ.

ab ipso Cómissario, uel delegandis, aut subdelegandis, prædictis contigerit dispẽsari, molestare, uel impedire, aut pœnas aliquas pro casu in quo, ut præfertur, dispensatum fuerit ex statuto, uel ex consuetudine exigere. Questoribus uero supra nominatis sub similibus pœnis inhibemus ne questas modo aliquo facere præsumant, neue bona ipsorum, per præfatum Cómissariũ aut delegatos uel subdelegatos, etiam uigore aliarum literarũ nostrarum eorum exigentibus demeritis arrestata, applicata et prædictæ Fabricæ uendita, sibi modo aliquo uendicare, uel ab emptoribus uel detentoribus, aut Cómissario, delegatis, uel subdelegatis prædictis repetere, ac sub similibus sententia & pœna mandamus quibuscunq; Prædicatoribus uerbi Dei, quorũcunq; ordinũ, etiam mendicantiũ, ut requisiti a præfato Cómissario uel delegãdis uel subdelegandis ab eo, præfatos Christifideles ad contribuendum dictæ Fabricæ exhortentur, et a præmissis Cómissario uel delegandis aut subdelegandis præfatis admoniti a prædicationibus diebus, quibus dictæ indulgentiæ & suspensiones ab ipsis, uel de ipsorum cõmissione publicantur abstineant, liceatq; nihilominus Cómissario & delegandis aut subdelegandis prædictis præmissa omnia & singula, etiam omnibus & singulis prædictis sub eisdem pœnis, totiens quotiens eis uel eorum alicui uisum fuerit opportunum mandare et iniungere, necnon iuramẽta quæcunq; a quibusuis laicis utriusq; sexus de stando in aliqua societate, fraternitate uel numero personarum, & de soluendo ratam aliquam in perpetuum uel ad tempus occasione fraternitatis societatis & numeri ratione dictarum indulgentiarum, priuilegiorum, & questarum quomodolibet præstita relaxare, & eodem ab illis absoluere. Contradictores quoslibet & rebelles, etiam per censuram ecclesias

Præcipit ordinarijs ne molestent dispensatos et absolutos &c.

Inhibet questoribus ne pſumant facere questas nec repetere bona ablata vel arestata per Cómissarios

Præcipit pdicatoribus quorũcũque ordinũ vt requisiti hortentur Xpifideles ad cõtribuendũ Fab. Et abstineãt a pdicationibus diebus qbus publicãtur indulgẽtiæ et suspensiones pfatæ fabricæ.

Facultas pcipiendi pmissa.

Facultas relaxãdi iuramenta de stãdo i aliqua cõfraternitate,

Facultas cōpescē dicontradictores vel molestatores, Faciendi processiones

Conuocandi populum ad sonum campanæ.

Relaxādi suspēsiones indulgentiarum.

De fide pstanda transumptis & confessionalibus.

Indulgentia pro suffragio animarum in purgatorie existentium.

sticam, et alia iuris opportuna remedia, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, compescere & compellere, et processiones publice ad effectum præmissum fieri, & populum pro huiusmodi operibus peragendis ad sonum campanæ conuocari facere, et a censuris & pœnis prædictis satisfactione præuia absoluere, & illas remittere, ac suspensiones huiusmodi indulgentiarum relaxare. Quodq; etiam transumptis & confessionalibus in dictis prouincijs, insulis & finibus qbusuis per præfatum Nuncium & Cōmissarium, uel deputandos aut subdelegandos ab eo subscriptis & suo sigillo dūtaxat munitis fides adhibeatur auctoritate apostolica tenore præsentium, licentiam & facultatem concedimus, atq; uolumus & mandamus Et ut animarum salus eo potius procuretur quo magis aliorum egent suffragijs, & quominus sibi ipsis proficere ualeant, auctoritate præfata de thesauro S. Matris Ecclesiæ animabus in purgatorio existentibus quæ per charitatem ab hac luce Christo unitæ decesserunt, & quæ dum uiuerent sibi ut huiusmodi indulgentia suffragaretur meruerunt paterno compatientes affectu, quantum cum Deo possumus succurrere cupientes, de diuina misericordia ac Apostolicæ potestatis plenitudine uolumus et concedimus, ut si qui parentes amici, aut cœteri Christifideles pietate commoti pro ipsis animabus in purgatorio pro expiatione pœnarum eisdem secundum diuinam iustitiam debitarum retentis durante cōmissione Nuncij & Commissarij ad opus Fabricæ huiusmodi aliquam eleemosinā iuxta Nuncij & Cōmissarii, ac deputandi & subdelegandi ab eo quibus uices suas cōmiserint ordinationem erogauerint. ipsa plenissima indulgentia, per modum suffragii animabus ipsis in purgatorio existentibus pro quibus dictam eleemosinam pie erogauerint,

rint, ut præfertur, pro pœnarum relaxatione suffragetur, ac omnes & singuli Christifideles utriusque sexus tam ecclesiastici q; regulares & seculares de similis potestatis plenitudine & liberalitate, qui manus adiutrices ad opus Fabricæ huiusmodi porrexerint, ac omnes & singuli eorundem parentes defuncti benefactorum, qui cum charitate decesserunt, in omnibus precibus, suffragijs, eleemosinis, ieiunijs, orationibus, missis, horis canonicis, disciplinis, peregrinationibus et cæteris omnibus spiritualibus bonis, quæ fiũt & fieri poterunt in tota uniuersali sacrosancta ecclesia militante, & omnibus membris eiusdem participes in perpetuum fiant. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apost. necnon priuilegijs & indultis, etiam marimagno nuncupatis, eisdem ordinibus illorumq; personis in genere uel in specie sub quibuscũis uerborum formis & clausulis, etiam in similibus motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine forsan concessis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de ipsis eorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressa, indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per clausulas generales id importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, illarum tenores pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice duntaxat specialiter & expresse de simili nostra scientia & potestatis plenitudine derogamus ac cuiquam uolumus nullatenus suffragari, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus uel eorum ordinibus communiter uel diuisim ab eadem Sede indultum existat, quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expres-

Participatio bonorũ spiritualiũ ecclesie.

Derogatio etiam marimagno.

De fide adhiben da transumptis.

sam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Verum quia difficile foret alias & præsentes literas ad singula quæq; loca ad quæ expediens fuerit deferre, uolumus etiam & dicta auctoritate decernimus, quod illarũ transumptis unius uel duorum publicorum Notariorum manu subscriptis & ipsius Nuncij & Commissarij, uel delegandorum & subdelegandorum ab eo, aut alicuius prælati, uel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, ea prorsus indubia fides adhibeatur, quæ alijs & præsentibus nostris literis adhiberetur si essent exhibitæ uel ostensæ. Quodq; in pecunijs occasione indulgentiarum huiusmodi prouenientibus, fraudem ullam facientes excommunicationis sententiæ ipso facto subiaceant, a qua ab alio, quam a nobis uel Commissario prædicto & particulariter ad hoc ab ipso deputando, & præuia satisfactione præterquã in mortis articulo constituti, absolui non possint, præsentibus post annum ad beneplacitum non ualituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ creationis, constitutionis, deputationis, applicationis, suspensionis, concessionis, mandati, indulti, derogationis, uoluntatis, & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo nono. Tertio Id. Ianuarij. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Cõmittẽtes fraudem in pecunijs fabricæ subiacẽt ipso facto sñie excõmunicationis.

1509

CVM *autem dictus Franciscus Zeno Cõmissarius & Nuncius in prædictis prouincijs, insulis & locis deputatus debitum naturæ persoluerit, sitq; præfata Basilica per nos mirifico ædificio inchoata, & nondum perfecta. Nos qui ex præinsertis*

literis expressis, ac ex certis alijs rationabilibus causis summo desyderio efficimur ipsam basilicam ad perfectionem deducere, quique propter grauissimas impensas, quas hactenus pro tuitione et defensione libertatis ecclesiasticæ subiuimus, & in dies subire cogimur non ualentes tantum opus ex Rom. Eccle. *fructibus perficere, & alia nobis incumbentia onera, nisi pijs* Christifidelium *suffragijs adiuuemur supportare.* Cupientesq; *de uiris prouidis & circunspectis in locum dicti* Francisci Zeni Nuncij, & *Commissarij nostri in præmissis substituendis & deputandis, prout tantæ rei necessitas exigit prouidere, ac de fidelitate, diligentia, & sollicitudine ingenijq; dexteritate in præmissis dilectorum filiorum* Thimothei de Luca Cismontani, *ordinis fratrum* Minorum *de obseruantia nuncupatorum prouinciarum secundum morem dicti ordinis* Vicarij *generalis, &* Alphonsi Lonzan dela Madrit, *dicti ordinis professoris, propter eorum bonitatem & experietiam rerum in domino plurimum confidentes, præfatasq; præinsertas literas, cum omnibus & singulis imdulgentijs & facultatibus, ac aliis in eis contentis clausulis, ad unum alium annum duodecima mensis* Ianuarii *proxime futuri incipiendum & deinde ad nostrum beneplacitũ, necnon ultra prouincias, insulas, & loca in dictis literis descripta, & sub illis descripta ad omnia loca & cantones eluetiorum* Apostolica *auctoritate tenore præsentium extendentes & amplianes præfatos* Thimotheum & Alphonsum, *& eorum quemlibet in singulis prouincijs, insulis, & locis, ac cantonibus, tam in prædictis præinsertis, q̃; præsentibus literis expressis & contentis, seu comprehensis nostros et* Apostolicæ *sedis* Nuncios *siue* Cõmissarios *cum omnibus & singulis facultatibus & auctoritatibus, etiam inhiben*

Prorogatio pinsertarũ literarũ ad vnum aliũ annũ & deinde ad beneplacitum. Extensio ad oĩa loca et cantones eluetiorum. Deputatio Thimotei de Luca et Alphonsi Lonzã de la Madrit in Cõmissarios.

di quibuſuis alijs quęſtuarijs, alias eidem Franciſco Zeno quo-ad præmiſſa exequenda quomodolibet conceſſis, Apoſt. aucto-ritate tenore præſentium facimus, conſtituimus & deputamus, ipſasq; omnes & ſingulas facultates eidem Franciſco Ze-no & ab eo ſubdelegatis Commiſſarijs in præmiſſis conceſſas, præfatis Timotheo & Alphonſo, & eorum cuilibet, necnon ſubdelegatis ſeu deputatis & deputandis, ab eis et eorum quo-libet, quoad prædicta omnia & ſingula in prædictis & præ-ſentibus literis contenta, etiam per præſentes concedimus præ-miſſa omnia & ſingula ad eos & deputandos, ab eis & ipſo-rum quemlibet etiam huiuſmodi anno prorogato & beneplaci-to noſtro durantibus extendimus. Non obſtantibus conſtitu-tionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in præinſertis literis uoluimus non obſtare, cæterisque contrarijs quibuſcunque. NVLLI ergo omnino homi-num liceat hanc paginam noſtræ extenſionis, ampliationis, erca-tionis, conſtitutionis, deputationis, & conceſſionis infringe-re, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attenta-re præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beato-rum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Do-minicæ Milleſimo Quingenteſimo duodecimo. X. Calen. Au-guſti. Pontificatus noſtri Anno IX.

1524

Breue confirmationis conceſſorum a Iulio Papa II. deputatio-nis Andreæ de Albicis & Ciriaci Ferrucij per triennium in Commiſſarios & facultatis exigendi relicta facta certis lo-cis & perſonis poſt annum non ſoluta: ac ſubhaſtandi bona Fabricæ.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Andreæ de Albicis Affini et Cubiculario nostro, et Ciriaco Ferrucio Canonico Nepesino, salutem & Apost. benedictionem.

POSTQVAM ad Apostolatus apicem meritis sed imparibus assumpti fuimus, inter cætera quæ nobis assidue meditanda & solicite exequenda ex his quæ etiam in minoribus constituti toto animo cupieramus, sese reddiderunt salutis Animarum Christifidelium cura & absolutio Fabricæ basilicæ principis Apostolorum de Vrbe. Illa enim & boni pastoris præcipue ad cælestem aulam excolendam, & gregem sibi commissum saluandum, ista ad ecclesiam caput ecclesiarum omnium, in qua Apostolicæ sedis solium collocatum existit, reintegrandum pernecessaria dignoscitur. Quibus fe. re. Iulius Secundus prædecessor noster assidue inuigilans, ut utrunque simul efficeret, ad inuitandum Christifide. ad pietatis opera & ad porrigendum dictæ fabricæ manus adiutrices, plenariam indulgentiam, & plura spiritualia dona concessit, eidemque fabricæ, quæ pauperibus & alijs pijs locis in genere & absque ulla speciali determinatione, & proprijs nominibus personarum non expressis relicta forent, ac illa etiam quæ ante publicationem literarum suarum in fauorem dictæ fabricæ editarum inexacta, etiam si illa ordinarijs pro ipsis tamen incertis quomodolibet relicta donata, & quæ eis quouismodo obuenissent. Necnon quæ ab eis ordinarijs, uel eorum nomine, post ipsam publicationem exacta, & eis quoquomodo soluta, ac etiam quæ ante ipsam publicationem pro ipsis incertis aut incertis personis & locis non debebant, sed post publicationem prædictam deberi cœperunt, etiam si ea ordinarijs, ut præmittitur relicta, & donata, aut

Procœmium.

Narrat concessa & applicata Fabricæ p Iuliū ij.

obtenta tanquam eis indebite per Commissarios ad id deputa-tos, nomine dictæ Fabricæ libere exigi repeti & exequi posse & debere, etiam sub censuris ecclesiasticis, ac pecuniarijs pœnis aliisq; iuris remedijs opportunis, inuocato etiam ad hoc si opus fuisset auxilio brachij secularis. Necnon bona omnia & quæcunque legata, & alia quomodolibet etiam hæreditatis titulo pro male ablatorum restitutione relicta, & quæ relinqui & legari contingeret in futurum, in quibuscunque testamentis, donationibus causa mortis, codicillis, aut alijs ultimis uoluntatibus per quoscunque & ubicunq; factis, & quæ fierent quibuscunque incertis ecclesijs & pijs locis, aut personis similiter incertis, uel absentibus taliter, quod propter eorum absentiam merito ab eis notitia haberi non posset, ac etiam quæ restitutioni subiacerent, sed eis uel ad ea personis, quibus illa fieri deberet receptio non competeret, Necnon quæcunque in quibuscunque testamentis, donationibus causa mortis codicillis, aut alijs ultimis uoluntatibus pro redemptione captiuorum, etiam si beatæ Mariæ de Mercede, & Sanctæ Trinitatis redemptionis captiuorum ordinibus, & Sanctæ Eulaliæ Barchinonen. relicta forent, ac hæreditates & bona decedentium ab intestato clericorum & laicorũ, etiam indulto Apost. aut alias ad redemptionem prædictam captiuorum dedicata pertinere deberent, constitutis ad exactionem & executionem præmissorum Commissarijs applicauit, ut in suis desuper literis æditis, quas per præsentes haberi uolumus pro expressis plenius continentur. Et cum præfatus Iulius animaduertisset detentores præmissorum relictorum & applicatorum, adeo auaritia pronos, obcecari ut ad debitam restitutionem etiam spiritualibus muneribus inuitati non moueantur, contra eosdem inqui-

sitores & exactores deputauit, qui licet multa inuenerint, tamen superuenientibus alijs impedimentis, etiam Iulij praefati praedecessoris morte exoptatum fructum reportare non ualuerunt. Nos igitur qui per alias nostras in forma breuis literas omnia & singula per dictum praedecessorem in fauorem dictae fabricae concessa, ad annum, & deinde ad beneplacitum nostrum deputato ad illorum executionem Nuncio & Commissario nostro dilecto filio Bernardino Ptolomeo de Senis, ordinis Minorum de obseruantia professore, & Commissario generali citra montes prorogauimus, durare decreuimus, ut in dictis nostris literis plenius continetur. Imminentes ipsius fabricae interruptae pendentis necessitates, & Basilicã ipsam undiq; ut in melius reaedificaretur, dirutam & apertam assidue cernentes applicationem praedictorum, & omnia & singula per dictum praedecessorem in fauorem dictae fabricae cõcessa & facta, etiam praesentibus motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine confirmamus & approbamus, ac quatenus opus sit de nouo facimus & concedimus. Et uolentes tam fabricae praedictae utilitati, q̃; saluti animarum relicta & applicata praemissa occupantium & detinentium paterna charitate, ac iuris acrimonia, postq̃; pijs exhortationibus, quoniam auaritia aures suas obstruxerunt, non sunt excitati prouidere. Vos de quorum fide, probitate, ac dexteritate in agendis plurimum in domino confidimus, ad praedicta & infrascripta omnia & singula in singulis prouincijs, Ciuitatibus, terris & locis nobis & Sanctae Romanae Ecclesiae mediate uel immediate subiectis, praeterq̃; in Ciuitate Auinioneñ. & Comitatu Venaysino exequenda & exigenda, Cõmissarios nostros ad triennium a data praesentium computañ. insolidum facimus,

Narratiua aliarum literarũ ipsius Leonis.

Dispositiua.

Confirmatio cõcessorũ p Iuliũ ij. in fauorem Fabricae et de nouo concessio.

Deputatio Andreae de Albicis & Ciriaci Ferrucij in Cõmissarios ad trieniũ

constituimus, & deputamus, cum potestate omnes & singulos, cuiuscunque dignitatis, gradus, status, ordinis & conditionis fuerint, relicta & applicata prædicta pœnes se quomodolibet detinentes, ad illorum restitutionem & solutionem, & notarios & tabelliones quoscunq; de relictis prædictis rogatos, proposita illis competenti mercede, ad ostendendum uobis ad præmissorum effectum totiens quotiens fuerint requisiti, eorum libros & protocolla & dandum particulas, relicta & applicata prædicta concernentes in publicam & autenticam formã appellatione postposita, cogendi & compellendi, etiam censuris & pœnis ecclesiasticis, ac alijs pecuniarijs, de quibus uobis uidebitur pœnis, Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Et quoniam sicut fidedignorum testimonijs accepimus, in prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis prædictis quamplures existunt, qui etiam relicta certis locis & personis sub aperta & speciali expressione, & etiam ex uoto post annum illa soluere, & exequi, etiam requisiti contemnunt, contra defunctorum uoluntatum, in animarum suarum, & locorum, & personarum, quibus relicta sunt, præiudicium & iacturam. Volentes animabus ac locis & personis prædictis opportune consulere, uolumus & insolidum committimus atq; mandamus, ut requisiti ab executoribus testatorum, seu a locis & personis prædictis, uel ab eorum nomine agentibus, facta aliqua compositione cum eis super certa parte, in quem conueneritis fabricæ prædictæ applicanda, in qua quantum ad hoc ipsorum testantium & relinquentium, in fauorem dictæ fabricæ. Motu, scientia ac potestate prædictis uoluntatem, commutamus omnes & singulos dictorum sic relictorum detẽtores ad effectualem solutionem cogatis, & compellatis sub censuris et pœnis

Facultas exigẽdi relicta & applicata.

Facultas cogendi notarios ad ostendendũ protocola et dandũ particulas legatorum.

Relicta certis locis et psonis etiã ex voto post non soluta exigi possunt.

Requisiti facta compositione.

pœnis, ac inuocatione prædictis. Et ut facilius præmissa omnia & singula celerius & commodius exequi & terminare ualeatis summarie simpliciter de plano, sola facti ueritate inspecta, omni iudiciaria tela postposita, etiam quibuscunque feriatis, diebus festiuitatibus diuinis maioribus dumtaxat exceptis, procedatis & procedi faciatis, dantes & concedentes uobis facultatem et potestatem quoscunque soluentes de receptis quietandi, & absoluendi. Volumus autem ut eo certius, quæ ex præmissis exigentur, ad fabricam ipsam perueniant, ut nisi per manus publici Notarij, & sub eius rogatione receptiones, exactores & qetantias conficiatis, et de illis publica documẽta ad cameram nostram Apostolicam anno quolibet dicti triennij reportetis. Et ut eo libentius debitores præmissorum satisfaciant, omnibus & singulis, qui a uobis quietantiam obtinuerint plenariam indulgentiam & remissionem omnium peccatorum suorum elargimur, Et ut præmissa omnia & singula plenius exequi possitis, damus, & concedimus uobis potestatẽ & facultatem ad illa substituẽn. & deputañ. tot quot duxeritis opportunum, cum pari aut limitata potestate. Et si seculares fuerint, quod possint ad usum censurarum prædictarum eligere sacerdotem idoneum, quem uoluerint qui deputati prædicti uobis computum & rationem de receptis reddere teneantur. Vosq; & deputati prædicti possitis & ualeatis relicta & applicata prædicta, quæ immobilia fuerint, per publica bannimenta plus offerenti uendere, & perpetuo alienare, & mobilia quæ transferri commode possunt ad fabricam ipsam absq; aliqua solutione pedagij seu gabellæ transferre. Et ne contingat uos uel a uobis deputandos subterfugijs, dilationibus, & cauillationibus fatigari, & ad diuersa tribunalia trahi, uolumus

Facultas pcedendi in pmissis.

Omni iudiciaria tela postposita.

Facultas qetãtias de receptis faciendi.

Plenaria indulg. pro soluentibus.

Facultas substituendi.

Facultas substituẽ seculariũ eligeñ. sacerdotẽ idoneũ pro vsu censurarum.

Facultas subhastañ. imobilia.

Mobilia si cõmode põt debẽt trãsferri ad fabricã sine solutione gabellæ.

De iudicibus cãusarum fabricæ.

& decernimus, ut solum & dumtaxat ex legitimis causis pos=sitis in Vrbem in iudicium trahi, & non nisi coram dilecto filio Antonio Puccio, Cameræ nostræ Apostolicæ clerico, *tam in causa appellationis, quam alijs & alicui alteri causæ huius=modi minime committi possint. Et si aliter committerentur iu=dicibus, aliter deputatis, etiam auctoritate nostra minime pa=rere teneamini, commissionesq; ipsæ, nullæ, irritæ & inanes sint, & pro talibus habeantur. Eximentes insuper tam uos, q; dictos per uos deputandos a potestate & iurisdictione quo=rumcunq; legatorum et ordinariorũ omnium, tam ecclesiastico=rum, q; secularium, & nulli alteri, nisi nobis & dicto deputa=to iudici, uolumus subiacere. Mandantes omnibus & singulis uenerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis ac Episcopis, sub pœna priuationis ecclesiarum suarum, ac dilectis filijs Ab=batibus & alijs ecclesiasticis personis, necnon nobilibus uiris,* Ducibus, Comitibus, *& alijs dominis temporalibus, sub pœ=nis nostro arbitrio inferendis, ac gubernatoribus & officiali=bus quibuscunque, ac communitatibus, uniuersitatibus, & ho=minibus, ac gabellarijs, dohanerijs, & portitoribus ciuitatum, & locorum prædictorum, sub pœnis excõmunicationis & pri=uationis beneficiorum & officiorum suorum, & quinquaginta ducatorum dictæ* Cameræ *Apost. applicandorum ut uobis, & a uobis deputañ. in præmissis opportunis fauoribus assistant, ac de securitatibus & scortis in dictis dominijs & territorijs pro=uideant. Immunesq; a quocunque solutionis onere reddant & faciant.* Non *obstantibus commissionibus, per nos alias dile=cto filio* Laurentio *Corso de Florentia ordinis fratrum minorũ professori super huiusmodi exactionibus in uigintiquinque pro=uincijs & locis commissis. Indulgentiam dantes dilecto filio*

De non cõmittẽ=dis causis fabri=cæ.

Exẽptio comiss. & deputata iu=risdict. lega. & ordinariorũ.

Mandatũ pro as=sistentia.

Pœna.

Exẽptio comiss. a quocũq; onere. Derogatio.

Bernandino Ptolomeo de Senis, ut in nostris literis dicto Lau*rentio desuper concessis, quas præsentibus pro insertis haberi uolumus, plenius continetur, ac alia per Camerã nostram Apostolicam facta, & per nos confirmata in persona dilecti filij* Hippolyti de Papaqua in Ducatu Spoletano *facta*. Quibus *quantum ad præmissa specialiter & expresse derogamus.Et ad dictum* Laurentium *potestatem & facultatem sibi concessam ad loca extra terras ecclesiæ dumtaxat restringimus & in illis dumtaxat facultates sibi concessas exercere posse uolumus.* Ac eis & *substitutis ab eis mandamus, quatenus quod etiam si in locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per se uel alium, seu alios suis commissionibus, uti incepissent, alijsq; commissionibus desuper factis & in posterum faciendis, dicto triennio durante, minime utantur.* Nec *illas exequi quoquomodo posse decernimus, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ* VIII. *etiam prædecessoris nostri de una & de duabus dietis in concilio generali ædita, & de personis ultra certum numerum ad iudicium non uocandis & alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis.* Necnon *omnibus illis quæ præfatus Iulius prædecessor in dictis suis literis uoluit non obstare, ac dictorum testatorum uoluntatibus & dispositionibus, quibus illæ præsentibus pro expressis habentur, illis alias in suo robore permansuris, hac uice dumtaxat ad præmissum effectum specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque.* Verum quia *difficile foret præsentes nostras literas ad singula quæq; loca, ad quæ expediens fuerit deferre, uolumus & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis unius uel duorum* No*tariorũ manu subscriptis, & alicuius prælati uel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, sigillo munitis, ea prorsus fides*

De *transumptis.*

adhibeatur in iudicio & extra quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ uel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, creationis, constitutionis, deputationis, commissionis, commutationis, elargitionis, donationis, concessionis, exactionis, restrictionis, mandati, denegationis, uoluntatis & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

1514 Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo quartodecimo. Quinto Nonas Maij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LEO PAPA X.

DILECTI *Filij salutem et Apostolicam benedictionem. Accepimus uos in prosecutione de mandato uobis inuentionis et exactionis relictorum ad pias causas factorum, & aliorum Fabricæ Principis Apostolorum de Urbe per fe. re. Iulium Papã Secundum prædecessorem nostrum applicatorum, & per nos confirmatorum, multa etiam inuenisse uota, itinera siue peregrinationes diuersarum ecclesiarum, in testamentis, & alijs ultimis uoluntatibus facieñ. relicta fuisse, & adhuc inexecuta manere, quodq; tam hæredes, q; fidei Commissarij huiusmodi uotorum, ac aliæ particulares personæ officiales commissioni uobis factæ conantur opponere & contraire, aliq; complures pias testatorum dispositiones auaritia obcæcati, aut alia minus*

iusta causa uiolare nituntur, & in propriam siue aliorum utilitates conuertere, quamplures presbyteros & clericos ac religiosos diuersorum ordinum, ac piorum locorum, etiam seculares curam habentes inueniri, qui non solum ad uos, ut eis & dictorum locorum negocijs, in exigendo relicta eis & eorum locis facta faueatis, & uobiscum pro aliqua parte in usum dictæ fabricæ conuertenda conuenire non curant. Verum etiam requisiti, & ad id facien. uocati, aut dicunt illa nolle exigere, & quemquam ad solutionem uexare, aut mentitis & confictis quietantijs, debitores absoluunt in fraudem ipsius fabricæ ac ecclesiarum & locorum prædictorum præiudicium, ac quod notarij & tabelliones, ex eo quod in literis uestræ commissionis continetur, ut proposita illis competenti mercede, teneantur uobis eorum libros & protocolla ostendere, ut in illis locis continetur. conantur a uobis etiã pro ipsa ostensione mercedem extorquere. Nos igitur uolentes, ut par est, in præmissis opportune prouidere, ad tollendas omnes obligationes & exceptiones per præsentes declaramus nostræ intentionis fuisse & esse, ut uota, itinera, & uisitationes prædictas in testamentis & ultimis uoluntatibus quomodolibet scripta & annotata in usum dictæ fabricæ commutare, ac pro ipsa inquirere, petere & exigere, & leuare possitis. Nos enim ipsorum testatorum uoluntates, præsẽtibus nostris literis, habentes illas pro sufficienter expressis, commutationes, quietationes & absolutiones per uos in præmissis hactenus factas, approbamus & confirmamus. Ac ad tollendas dubietates, obiectiones, & oppositiones quascunque, quæ nostræ commissioni fiunt & fieri possunt, damus, & concedimus auctoritatem, & facultatem, commissionem ipsam & literas desuper emanatas interpretan

Declaratio q̃ uota itinera & visitatiões ecclesiarum relict. in testamentis sint commutata in vsum fabricæ.

Quod Cõmissarij super p̃missis possint inquirere petere & exigere.

Facultas interp̃tandi cõmissionẽ

di & declarandi. Ac dubia quæcunque super illis exorta decidendi sublata alijs quibuscunque aliter interpretandi & decidendi facultate. Dummodo decisionum & declarationum & interpretationum, per uos pro tempore factarum notam retineatis, ut obloqui uolentibus per uos gestorum reddi possit ratio. Decernimus insuper omnes & singulos cuiuscunq; dignitatis, ordinis & religionis, ecclesiasticosq; omnes & mundanos fraudem, falsitatem, aut machinationem aliquam falsáq; aut quomodolibet commenta, quietantias, liberationes, uel scripturas aliquas machinantes, aut facientes propter quas præiudicium ipsi fabricæ, etiam in commissionibus uestris continetur, impedimentum uel damnum oriri posset, uel inferretur. Et eos qui nolle exigere asseruerint, ut præfertur, maioris excommunicationis sententiæ subiacere, & ab illa non nisi per nos et Romanos Pontifices successores nostros legitime intrantes, aut per uos, aut a uobis deputandos, præterq; in mortis articulo præuia satisfactione, pro ipsa fabrica facieñ. absolui posse. Et nihilominus uos contra suspectos in præmissis per uiam inquisitionis summarie simpliciter & de facto procedere & repertos culpabiles condignis pœnis afficere auctoritate nostra possitis & ualeatis. Notarios uero & tabelliones prædictos pro eorum competēti mercede de duobus cum dimidio pro quolibet centenario, quod uigore instrumentorum suorum effectualiter exigetur contentos esse uolumus & declaramus, & eos plus petere non posse, et tamen ad ostendendum libros & protocolla eorum teneri decernimus quotiens a uobis fuerint requisiti absq; aliqua expectatione mercedis sub pœna prædicta excōmunicationis Relictorũ uero & aliorum, de quibus in commissionibus nostris non solum a septēnio infra, sed etiam

Decidēdi dubia.

Excōio maioris sñiæ contra fraudantes vel facientes falsas qetationes, vel aliquas scripturas machinantes.

Contra asserētes nolle exigere

Facultas procedēdi in pmissis per viã inqsitiõis etc. & puniendi culpabiles.

De mercede notariorum dantiũ legata.

De ostēdendis ptocollis.

a quocunq; tempore ultra facta fuerint, uolumus sub illis comprehendi, & ipsi fabricæ applicata esse, prout in præsentibus applicamus. Volumus etiam super relictis ipsis pro rata eidem fabricæ obuenienda etiam super hæreditatibus, in quibus usufructuarij ad tempus, seu ad uitam ipsorum sunt deputati, & in quibus illa soluendi a testatoribus limitatum terminum fore reperietis etiam ante annum a die obitus eorundem testatorum computandum ipsa relicta pro dicta fabrica exigere, ac relicta, & alia dictæ fabricæ applicata per ordinarios locorum, uel eorum nomine hactenus exacta ab ipsis ordinarijs pœnes quascunque personas existentia pro dicta fabrica uendicare, ac etiam relictorum certis personis factorum et infra annum etiã non executorum quintam partem pro ipsa fabrica accipere. Etiam *si quibus relicta ipsa facta sunt uoluerint illa in exacta relinquere possitis & ualeatis.* Et *quoniam in literis facultatum & indulgentiarum in fauorem dictæ fabricæ concessarũ & per nos confirmatarum inter alia continetur, ut* Nuncij et Commissarij *ipsarum facultatum & indulgentiarũ & ab ipsis deputandi possint cum retinẽtibus relicta facta incertis personis, uel absentibus taliter quod propter eorum absentiam merito ab eis notitia haberi non possit, recepta competenti portione uel quantitate componere, ac eos absoluere, ut in dictis literis quas hic pro sufficienter insertis haberi uolumus, plenius continetur.* Et *si nonnulli tenentes relicta huiusmodi neglexerunt hactenus cum dictis Commissarijs componere, uolumus etiam ut illos sic ea tenentes, uel quomodolibet occupantes ad consignandum illa integra uobis pro dicta fabrica cogere & compellere ualeatis summarie simpliciter & de plano sola facti ueritate inspecta, & omni tela iudiciaria postlhabita censuris &*

Relicta a quo ũq; tẽpore facta sunt applicata fabrice

Facultas exigẽn. ratã fabrice sup relictis & hære ditatibus in qbus sunt deputati vsu fructuarij ad tps seu ad vitam.

Facultas exigẽn. relicta ante annũ a die obitus test.

Facul. vindicañ. relicta et applic. fabrice exacta p ordinarios.

Facul. accipieñ. pro fabrica qntã ptẽ relictoꝝ certis psonis factoꝝ & infra annum nõ executoꝝ.

Facultas cogendi tenẽtes relicta facta incertis psonis vel absentibus ad consignãdum integra fabricæ.

pœnis ecclesiasticis & alijs pecuniarijs, de quibus uobis uide-
bitur pœnis: Inuocato etiam si opus fuerit, auxilio brachij se
cularis. Super quibus omnibus et singulis plenam uobis & ue

Derogatio.

strum cuilibet insolidum concedimus facultatem & potestatē.
Non obstantibus omnibus illis quæ in literis dictarum indul-
gentiarum per nos confirmatarum, & alijs nostris uoluimus
non obstare Constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæ

De transumptis.

terisq; contrarijs quibuscunq;. Verum quia difficile foret præ-
sentes literas ad singula quæq; loca transferri, uolumus ut ea-
rum transumptis manu publici notarij subscriptis: & alicuius
prælati ecclesiastici sigillo munitis eadem prorsus fides in iudi
cio & extra adhibeatur, quæ quidem adhiberetur si præsen-
tes fuissent exhibitæ uel ostensæ. Datum Romæ apud San-

Anno secundo.

ctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die sexta Septembris.
Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Iacobus Sadoletus.

A Tergo.

Dilectis filijs Andreæ Matthæi de Allicis Affini & Cubicu-
lario nostro secreto, ac Ciriaco Ferrucio Canonico Nepesino
& eorum collegis & substitutis.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei. Vni
uersis Christifidelibus præsentes literas in-
specturis, Salutem & apostolicam benedi-
ctionem. Postquam ad apostolatus apicem
(meritis licet imparibus) diuina fauente cle
mentia assumpti fuimus, inter cætera quæ nos assidue meditan
da & sollicite exequenda, ex his quæ etiam in minoribus con-
stituti toto cordis effectu cupieramus sese nobis reddiderunt sa

luti

lutis animarum Christifidelium cura & absolutio Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, illa enim & boni pastoris præcipua, & ad cœlestem aulam excolendam, & gregẽ sibi commissum saluandum, ista ad ecclesiam caput ecclesiarũ omnium in qua Apostolicæ sedis solium collocatum existit reintegrandam pernecessaria dignoscuntur, quibus felicis recordationis Iulius Papa II. prædecessor noster assidue inuigilans ut utrunq; simul efficeret ad inuitandum Christifideles ad pietatis opera & ad porrigendum ipsi fabricæ manus adiutrices, Plenariam indulgentiam, & plura spiritualia dona concessit. Nos igitur eiusdem prædecessoris uestigijs inhærentes cum omnibus fidei Christianæ cultoribus liqueat beatum Petrum ab ipso Saluatore nostro domino Iesu Christo Apostolorum Principem fuisse constitutum, eiq; soluendi atque ligandi animas cœlesti priuilegio traditum esse potestatem, cum ei dicitur; Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis. Qui etiam (licet imparibus, ut præfertur meritis) eiusdem cœlorum clauigeri successores effecti sumus & eius loco in sancta Dei Ecclesia residemus, considerantes quod & si diffusis per orbem terrarum ecclesijs ex iniunctis nobis a deo Apostolatus officio prouidere tenemur ut ecclesiæ ipsæ quæ domus Dei sunt in suis structuris & ædificijs non solum conseruentur, sed etiam, si opus fuerit reparentur, circa tamen Basilicam beati Petri Principis apostolorum de Vrbe huiusmodi maiorem curam & diligentiam adhibere nos conuenit, ut sicut ipse beatus Petrus ab ipso Saluatore nostro princeps Apostolorum est constitutus, ita etiã

ipsius Basilica quæ per præfatum prædecessorem, ut noua re-
ædificaretur pro maiori parte demolita fuit, maxima indiget
reædificatione, inter cæteras urbis & orbis ecclesias congruen
tibus, ac etiam necessarijs ædificijs reædificetur construatur et
amplietur, ac reædificata constructa, & ampliata conseruetur.
Cognoscentes igitur ad tantæ fabricæ absolutionem facultates
sanctæ matris Ecclesiæ necessarijs quam plurimis grauatæ im-
pensis non sufficere, & fabricam ipsam ad finem optatũ absq;
pijs & largis Christifidelium erogationibus perduci non posse
cunctorum Christifidelium salutẽ, & præcipue illorum qui in
Vigintiquinque prouincijs in quibus Minister generalis ordi-
num fratrum Minorum regularis obseruantiæ nuncupatorum
citra montes existit, iuxta morem dicti ordinis numerandis.
Et sub quibus etiam tota Italia Sicilia ultra Pharum, Corsica,
Ciprus, Rhodus, usque ad Hierosolimam, Dalmatia, Croa-
tia, Bosna, Vngaria, Austria, Bohemia, & Polonia. Exce-
pta tantum Prouincia Archiepiscopi Guezneñ. Ac etiam insu
læ maris Mediterranei continentur degunt affectantes, ac con
syderantes quòd licet Christifideles ipsi in dictis Prouincijs et
Insulis habitantes deuote cuperent indulgentiarum pro dicta
fabrica concessarum participes fieri, tamen quoniam ob locorũ
distantiam personaliter ad dictam fabricam se conferendi aut
per alios pias elemosinas pro huiusmodi fabrica in capsam ad id
deputatam transmittendi omnimodam commoditatem non ha-
bent, paternæ animarum suarum saluti & dictæ fabricæ op-
portunæ subuentioni consulere cupientes, Saluatoris nostri, qui
ad diuersas mundi partes ad prædicandum sanctum Euange-
lium, ut animas patri lucrifaceret, suos Apostolos misit, quan-
tum ex alto conceditur, exempla sectantes de omnipotẽtis Dei

misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, & omnium sanctorum meritis confisi, ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine. Vniuersis Christifidelibus utriusque sexus, cuiuscunque status, dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, etiam ecclesiasticis religiosis ordinis quorumcunqꝫ, ac alijs secularibus per uniuersas prouincias, excepta tantum prædicta Gueznen. & insulas prædictas constitutis & ad illas undecunque uenientibus uere pœnitentibus & confessis, qui infra Annum a publicatione præsentium nostrarum literarum in dictis prouincijs et insulis facienda computandum, & ut sequitur terminandum, & deinde ad beneplacitum nostrum ecclesias in dictis prouincijs & insulis, quas dilectus filius noster Christophorus de Forliuio tituli S. Mariæ in Aracœli presbyter Cardinalis, qui etiã dicti ordinis minister generalis existit, & quem nuper propter uitæ integritatem, ac laudabiles mores ad Cardinalatus honorem promouimus, ad hæc & infrascripta nostrum et Apostolicæ Sedis Nuncium & Commissarium in dictis prouincijs & insulis ad dictum annum & beneplacitum nostrũ per præsentes facimus, constituimus, & deputamus, per se, uel alios nominauerit; & deputauerit, iuxta eiusdem Nuncij & Commissarij seu deputandi, uel deputandorum, aut subdelegandi, uel subdelegandorum ab eo, prouidam ordinationem super hoc faciendam deuote uisitauerint, & in capsis ad hoc in subsidium dictæ fabricæ per Nuncium seu Cõmissarium, seu deputandum, uel subdelegandos prædictos, deputandis, iuxta Nuncij & Cõmissarij ac deputandorum uel subdelegandorum prædictorum ordinationẽ & arbitriũ pias elemosinas effectualiter posuerint plenissimam omnium peccatorum suorum remissio-

Plenissima oium peccat. remissio pro visitantib. ecclesias deputañ. per comiss.

Deputatio Cardinalis Christophori in comiss. p annũ et deide ad beneplacitũ.

Stationes Vrbis. nem. Ac tot & similes indulgentias & peccatorum suorum remissiones consequantur: quas consequerentur, si singulis diebus quadragesimalibus, ac totius anni singulas dictæ Vrbis et extra eam ecclesias quæ a Christifidelibus propter stationes uisitari solent personaliter uisitarent. Et qui cum præfatis Commissario seu delegandis uel subdelegandis prædictis conuenerint, ut idoneum possint eligere confessorem secularem uel cuiusuis ordinis etiam Mendicantium regularem, qui eorum confessione diligenter audita pro commissis per eligentem delictis & excessibus, ac peccatis quibuslibet, quantumcunque grauibus & enormibus etiam Sedi apostolicæ reseruatis casibus. Ac censuris ecclesiasticis etiam ab homine ad alicuius instantiam latis de consensu partium. Etiam ratione interdicti incursis & quarum absolutio dictæ Sedi esset reseruata. Præterquam machinationis in personam summi Pontificis; occisionis Episcoporum, aut aliorum superiorum Prælatorum: & iniectionis manuum uiolentarum in illos & alios prælatos, falsificationis Bullarum & literarum apostolicarum: Delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium ac sententiarum et censurarum occasione Aluminum Tulphæ nostræ, ac de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem nostram delatorum incursarum semel in uita & in non reseruatis casibus toties quotiens id petierint, & in mortis articulo plenariam omnium peccatorum indulgentiam & remissionem impendere, ac pœnitentiam salutarem iniungere. Et Eucharistiæ sacramentum, etiã in die paschatis & in mortis articulo, sine tamen Rectoris & proprij curati præiudicio ministrare. Necnõ emissa per eos uota quæcunque ultramarino, ingressus religionis, & castitatis uotis dumtaxat exceptis, nisi de eorum ualitu

Marginal notes: De eligendo confessore. — Facultas cõfess. — Casus reseruati. — Plenaria indulgentia in mortis articulo. — Ministratio Eucharistiæ. — Cõmutatio votorum. — Vota excepta.

dine merito contigerit dubitari, aut quòd propter ætatem uel infirmitatem, seu consimilem causam persona religioni inhabilis reddatur, aut post uotum matrimonium contraxerit. in quibus casibus etiam commutationem fieri posse uolumus cum dispensatione, quòd matrimonij debitum per eum qui contra uotum contraxerit reddi possit, & illo soluto religionem ingredi minime teneatur, sed propterea ad secunda uota transire non possit, & totum quod pro huiusmodi uotorum commutationibus persoluetur in opus dictæ fabricæ conuerti debeat. Ac cum simoniæ in ordinibus uel beneficijs cõmissæ labe pollutis, ad ipsum opus contribuentibus super irregularitate, si qua censuris huiusmodi ligati: missas & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, aut alias diuinis se immiscendo, seu alias quomodolibet etiam beneficia ecclesiastica præmissorum occasione uel alias indebite occupando præterq; ratione bigamie contraxerint. Quo uero ad homicidium uoluntarium si secretum fuerit citra altaris ministerium in foro conscientiæ dũtaxat dispensare eosque absoluere omnemq; inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam ex ijs prouenientem abolere in susceptis ordinibus ministrare, ac sic quesita beneficia ecclesiastica quæ ex tunc eis de nouo collata censeantur: & perceptos ex eis fructus etiam ratione omissionis horarum canonicarum, & diuinorum officiorum facta aliqua compositione cum eis concedere. Necnon super male ablatis incertis, uel per usurariam prauitatem quæsitis etiam certis quæ fænerator ab alio fæneratore extorsisset, & quæ ipse requisitus usuras restituere paratus non esset, uel alicui priuatæ ecclesiæ deberentur, in quibus tamen Romana ecclesia de iure communi succedere posset. Ac etiam bonis quæ ad alicuius manus peruenissent & illa ha

Limitatio uotorum exceptorum.

Dispensatio sup simonia.

Dispensatio irregularitatis.

Dipeñ. pro occupantib. beneficia ecclesiastica.

Dispeñ. homicidij voluntarij.

Facul. conceden. retentionẽ bñfic.

Facul. concedens retentionẽ fruct.

Facul. cõponeñ. sup male ablatis incertis.

Super vsuris.

Super debitis priuatæ ecclesiæ.

Sup bonis incer.

bentes quibus restitui deberent ignorauerint, uel dubitauerint quãquam male ablata per eos non existant, sed illa ad eos peruenerint. Et similiter de his quæ pauperibus & alijs pijs locis. Ac pro maritandis puellis, & celebrãdis missis, & alijs diuinis officijs in genere & absq; ulla speciali determinatione et proprijs nominibus personarum non expressis, relicta forent, tam pro præterito, q; futuro temporibus componere, ita ut soluta aliqua quantitate, pro dicta fabrica eisdem Nuncio & Cõmissario, seu deputandis uel subdelegandis ab eo dũtaxat in capsis ipsis ponenda, a reliquorum sic relictorum & male ablatorum, ac per usurariam prauitatem extortorum, seu quæ ad eos alias peruenerint, & cui ea restituere debeant, dubitent uel ignorent, ut præfertur, restitutione huiusmodi absoluti existant, & ultra restituere minime teneantur eis concedere. Ac illa quæ ante publicationem literarum ipsius Iulij prædecessoris, huiusmodi indulgentiarũ inexacta, etiam si illa ordinarijs pro ipsis tamen incertis quomodolibet relicta donata, & quæ eis quouismodo obuenerint, necnon quæ ab ipsis ordinarijs uel eorum nomine, post ipsam publicationem exacta, eis quoquomodo soluta, ac etiam quæ ante ipsam publicationem pro ipsis incertis, aut incertis personis, & locis non debebantur, sed post publicationem prædictam deberi cœperunt, etiam si ea ordinarijs, ut præmittitur, relicta, donata, aut obuenta, tanquam eis indebita per ipsum Commissarium, & delegandos, ac subdelegandos ab ipso, nomine dictæ fabricæ libere exigi, ac repeti, et assequi posse, & debere. etiam censuris ecclesiasticis, ac pœnis pecuniarijs, alijsq; iuris remedijs opportunis, inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularijs. Ac quoscunq; qui ante ætatem legitimam ad sacros etiam presbyteratus ordi

De relictis incertis.

De relictis incertis exactis p ordinarios.

De male pmotis

nes absque aliqua dispensatione, se promoueri fecerunt, & in susceptis ordinibus etiam ministrarunt. Ac eos qui ex quauis licita aut illicita cognatione proueniente affinitate, consanguinitate, ac cognatione carnali uel spirituali, inter leuatum & leuantem excepto, simplici aut multiplici gradu. Ac quoscunq; publicæ honestatis iustitiæ impedimento, seu alias quomodolibet impediti matrimonium, scienter uel ignoranter in quarto uel tertio consanguinitatis uel affinitatis, ac per copulam fornicariam, non tamen publicam etiam in primo affinitatis gradu contraxissent, & carnali copula consumassent, si impedimentum huiusmodi in iudicium deductum non fuerit, uel scandalum generare non posset, etiam illos, qui in quarto consanguinitatis uel affinitatis gradu similiter contraxissent, & carnali copula non consumassent, ab excessu huiusmodi, ac excommunicationis sententia quam propterea incurrissent, iniuncta inde eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, quæ ad fabricam huiusmodi dirigatur, & quod de cætero, talia non cõmittant, nec cõmittentibus præstent auxilium; consilium uel fauorem, & alijs quæ de iure fuerint iniungenda, absoluere, & ut de nouo inuicem matrimonium contrahere, & in illo sic contracto similiter remanere, libere & licite ualeant. Prolem susceptam ex huiusmodi matrimonio, si qua sit, & suscipiendam, legitimam decernendo in foro conscientiæ dũtaxat quo ad alios, quam quo ad illos, qui in tertio uel quarto consanguinitatis, aut quarto affinitatis gradu existentes; matrimonium contraxerunt, ut præfertur; quos in utroque foro absolui, & ut matrimonium de nouo etiam publice contrahere possint dispensari posse uolumus: Ac eidem Cardinali, & quibus ipse uices suas quoad hoc specialiter cõmisserit licere in quarto consanguini-

Absolutio sup cognatione.

Absol. sup publica honestate.

Absol. sup matrimonijs i 4 vel 3 gradu contractis & consumatis.

Absol. et in prio gradu p copulã fornicariam.

Absol. in quarto nõ consumato.

Absol. in viroq foro et dispẽ. de cõtractis i tertio vel quarto.

Dispen. de cõtrahendo in quarto.

Dispen. de cōtra beñ. de publica honestate. Dispen. sup irregularitate. Dispen. p arcta tis in vigesimo tertio.

tatis & affinitatis. Ac impedimento publice honestatis iustitiæ de contrahendo dispensare. Ac cum eisdem promotis super irregularitate, quam etiam in dictis ordinibus ministrando contraxerunt, quod quæ in dictis ordinibus ministrare possint. Ac etiam cum his, qui arctati sunt, & uigesimum tertium suæ ætatis annum attigerunt, ut ad sacros etiam presbyteratus ordines promoueri, et in altaris ministerio ministrare possint dispensare. Ac cum quibuscunque qui bona ecclesiarum, monasteriorum, & ecclesiasticorum beneficiorum quorūlibet haberent, et iudicialiter deficientibus probationibus ad illorum restitutionem compelli non possent, etiam si per eos probari posset, & bona omnia ac quæcunque legata & alias quomodolibet etiam hæreditatis titulo pro male ablatorum restitutione relicta hactenus & quæ reliqui, ac largiri contigerit in futurum durante deputatione. Nuncij & Commissarij per præsentes facta in quibuscunque testamentis, donationibus causa mortis codicillis, & alijs ultimis uoluntatibus, per quoscunq; & ubicunque factis, & quæ durante huiusmodi deputatione, fient quibuscunque incertis ecclesijs & pijs locis, aut personis similiter incertis & absentibus taliter quod propter absentiā merito ab eis notitia haberi non posset. Ac etiam quæ restitutioni subiacerent, sed in eis uel ad ea personis quibus illa fieri deberent receptio non competeret. Necnon quæcunque in testamentis, donationibus causa mortis, codicillis, aut alijs ultimis uoluntatibus, pro redemptione captiuorum, etiam beatæ Mariæ de Mercede, & sanctæ Trinitatis redemptionis captiuorum ordinibus: Et sanctæ Eulaliæ Barchinoñ. relicta fuerint. Ac hæreditates & bona decedentium ab intestato clericorum & laicorum, legitimum non habentium hæredem. Etiam si in

Absol. p retinentibus bona eccle.

Applicatio relictorum p male ablatis.

Applic. relictoꝝ incertorum.

Appl. relictorū absentibus.

Applic. restituen. incapacibus.

Applic. relictoꝝ pro redemptione captiuorum.

Appl. hereditatū decedentiū ab intestato legit. her. non habentiū.

dulto

dulto Apostolico, aut alias ad redemptionem prædictam captiuorum dedicata pertinere deberent: Necnon omnes & singulas pecunias & res alias quæ in prandijs & conuiuijs, ac publicis spectaculis in aliquibus celebritatibus ex uoto statuto seu consuetudine in quibusuis locis exponi consueuerint, facultate Nuncij & Cõmissarij huiusmodi durante exponi deberent ad fabricam huiusmodi applicamus, contradictoresq; omnes excõmunicationis latæ sententiæ, & quingentorum ducatorum auri pœnis ipso facto subiacere decernimus. Et super restitutione bonorum ecclesiarum, monasteriorum & beneficiorum huiusmodi competenti recepta portione, uel quantitate pro eis, in fabricam huiusmodi conuertenda, ipsos sic ea tenentes ab ulteriori eorum restitutione, libere absoluere, & quod illa retinere libere possint imposterum eis concedere. Ipséq; Nuncius et Commissarius, & quibus uices suas in genere uel in specie duxerit cõmittendas, possint dubietates quascunq; tam super qualitate personarum, quibus facultas eligendi confessorem, concedi possit, etiam si comprehendantur cõmunia Ciuitatum, Vniuersitates, Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac collegia, quæ illarum singulares personæ uniuersitatum, Castrorum, Villarum et Collegiorum dummodo non extendatur confessionale ad alias personas quam tunc expressas tempore concessi confessionalis in collegijs huiusmodi absolutione a præmissis, uel aliquo præmissorum, ac dispensatione super eis uel aliquo eorum indigerent, q; cætera alia dubia decidere, declarare, & interpretari. Ac hi qui sine confessione moriuntur, etiam si infra annum non fuerint confessi, dũmodo in eis signa contritionis in articulo mortis apparuerint, ut in loco sacro sepeliri possint, concedere. Et contradictores sententiam

Appl. pecuniá quæ in prandijs cõuiuijs ac publicis spectacul. exponi cõsueuerint

Pœna in contradictores.

Absol. p retinẽ bona eccles. &c.

Facultas decidẽdi dubia.

Decedentes sine cõfessione dũmodo signũ cõtritionis in artic. mortis oñderint in loco sacro sepeliri possunt.

F

Facul. declarañ. pœnã in cõtradi ctores.

Facultas taxañ. summã elemosi=nazu p indulgeñ & alijs facultati bus.

Altare portatile.

excommunicationis & quingentorum ducatorum ipsi fabricæ applicandorum incurrisse declarare & summam pecuniariam pro consequenda indulgentia huiusmodi & alijs præmissis, ac facultatem eligendi confessorem huiusmodi limitare & taxare. Necnon nobilibus & presbyteris, ac graduatis altare portati=le, quod cum debitis honore et reuerentia retineant, & super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis etiam non sacris & ecclesiastico interdicto generali & speciali, tam Apostolica q̃ ordinaria auctoritate suppositis, dummodo causam non dede rint huiusmodi interdicto. Etiam antequam illucescat dies, cir=ca tamen diurnam lucem, in sua ac suorum familiarium dome=sticorum præsentia, iuxta formam capituli Alma de sententia excõmunicationis libro vi. Missas & alia diuina officia, per se ipsos qui presbyteri sunt, aut pro tempore erunt celebrare, seu per alios sacerdotes celebrari facere. Ac tempore interdicti hu iusmodi diuinis interesse. Ac eucharistiam & alia ecclesiastica sacramenta, sine alicuius præiudicio, præterquam in die do=minicæ resurrectionis recipere, & eorundem corpora ecclesia=sticæ tradi possint sepulturæ, sine tamen funerali pompa. Ac ut quadragesimalibus, & alijs temporibus probibitis, Ouis, Bu tyro, Caseo, & alijs lacticinis, ac carnibus de utriusque medi=ci consilio uti frui & uesci libere & absque conscientiæ scru pulo possint & ualeant, concedere. Necnon tempore genera=lis interdicti, etiam auctoritate Apostolica appositi unã seu plu res ecclesias, pro publicatione dictarum indulgentiarum aperi=re, & eam seu eas a dicto interdicto eximi, & in eis ianuis apertis diuina celebrari. Et corpora defunctorum sepeliri face re dictis indulgentijs actualiter durantibus. Ac quæcunque iu ramenta in quibusuis contractibus, instrumentis & obligatio=

Tẽpore interdi=cti pñt interesse diuinis Euchari. sumere et cada=uera eccle. tradi sepulturæ.

Lacticinia et car nes tẽporibus p̃=hibitis.

Tẽpore ĩterdicti possunt aperire vnã vel duas ec=clesias p public. indulgeñ: et ĩ eis diuina celebrare ac cadauera sepe lire.

nibus prӕterq; in forma cameræ appositis, ad effectum agendi dumtaxat relaxare, & ab eis, & a quocunque periurio, sine tamen tertij præiudicio absoluere. Ac quascunq; indulgentias, etiam illas a media quadragesima, usq; ad Pascha inclusiue, ab ordinibus mendicantium publicari solitas, tam a nobis, quam a prædecessoribus nostris, & a sede prædicta, uel eius auctoritate, quibuscunque Ecclesijs, Monasterys, Hospitalibus: etiam nostro S. Spiritus in Saxia de Vrbe, ordinis sancti Augustini, & alijs pijs locis. Vniuersitatibus, Confraternitatibus cuiuscunque qualitatis, & ad quæcunq; usum, etiam laicorum & clericorum institutis, & singularibus personis cuiuscunq; dignitatis, etiam Cardinalatus honore, aut Legationis officio fungentibus super præmissis, uel aliquo præmissorũ hactenus concessas. Præterquam ratione sustentationis pauperum & miserabilium personarum in Parisieñ. & sancti Iacobi de Gallitia, ac Portugalliæ regnis hospitalibus degentium quas quoad illorum usum in Prouincys, in quibus dicta hospitalia respectiue sita sunt, secundum Cancellariæ nostræ morem terminandis et non in aliquibus alys locis durare uolumus: Ac expeditionis cõtra Turcas & hereticos concessas; etiam quascunque clausulas præseruatiuas aduersus reuocationes & suspensiones earundem in se continentes quando & quotiens et ad quod tempus Nuncio & cõmissario præfato, uel deputandis & subdelegandis ab eo uidebitur opportunum suspendere, quas omnes & singulas nos præsentibus ad dictum beneplacitum nostrum suspendimus & suspensas fore decernimus, & declaramus. Prohibentes omnino questas quascunq; illorum occasiones fieri solitas. Ac mandantes uniuersis & singulis locorum Ordinarijs, Abbatibus, & alys tam ecclesiasticis q̃; secularibus perso-

Relaxatio iuramentorũ ad effectum agendi.

suspẽsio indulg. etiã à media quadragesima publicari solitarum.

Prohibitio questarũ occõe quarũuis indulgeñ.

Mãdatũ ordinarijs ne impediãt.

Publicationē indulgeñ. et aliaꝝ suspensionē.

nis, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis uel præeminentiæ existant, sub excōmunicationis latæ sententiæ, ac quingentorum ducatorum auri fabricæ prædictæ applicandorum pœnis ipso facto incurrendis ne publicationem et prædicationem dictarum nostrarum indulgentiarum, & suspēsiones aliarum huiusmodi, in eorum ecclesijs, ciuitatibus & diocesibus, ubi & quotiens opus fuerit faciendam impedire, & aliquid prætextu prædicationis petere, & etiam a sponte offerentibus recipere & exigere, aut in præmissis & circa ea fraudem aut dolum cōmittere, neq; procurantes huiusmodi indulgentiarum participes fieri, & sua pia suffragia erogare ab huiusmodi eorū proposito ī toto uel in parte, directe, uel ī directe tacite uel expresse retardare, aut per se uel eorum Vicarios, uel officiales licentiā faciēdi Questas aliqbus questoribus alicuius ordinis, uel religionis, aut fraternitatum, uel hospitalium, etiam nostri S. Spiritus in Saxia: Ac sancti Antonij & aliorum quorumcunq;, aut alijs quomodolibet deputatis, uerbo uel scriptis concedere. Quinimmo Questores omnes & singulos, quos in eorum iurisdictione sine literis licentiæ questuandi dicti Commissarij, uel subdelegandorum ab ipso repererint, cum eorum rebus & bonis quæ dictæ fabricæ applicata esse decernimus, & ad manus dilecti filij Bernardi S. Mariæ in Porticu. Diaconi Cardinalis dictæ fabricæ præfecti fideliter deferri mandamus, retinere ualeant. Nec modo aliquo audeant, aut præsumant per se, uel alium dispensatos uel absolutos, aut illos cum quibus præsentium uigore ab ipso Commissario, uel delegandis, aut subdelegandis prædictis contingerit dispensari uel absolui molestare uel impedire, aut pœnas aliquas pro casu in quo, ut præfertur, dispensatum uel absolutum, tam pro præterito q̄

Præcipitur qbuscunq; q̄ nihil petant ꝑtextu ꝑdicationis indulgētiaꝝ nec recipiāt etiā a sponte offerentibus.

Præcipitur ordine concedāt licētiam questoribus

Vt retineāt questuantes sine licētia Cōmiss Fab.

Bona questorum questuantiū sine licentia Fabricæ applicātur Fab. Mādatū ordinarijs ne molestent dispēsatos vel absolutos a Cōmiss.

Præcipitur ord. ne penas aliquas exigāt a dispēsatis vel absolutis.

pro futuro temporibus fuerit ex lége Canonica Imperiali statuto uel consuetudine exigere. Quęstoribus uero supra nominatis sub similibus pœnis inhibemus, ne quęstas modo aliquo facere præsumant, neue bona ipsorum per præfatum Cõmissarium aut delegatos & subdelegandos prædictos, etiam uigore aliarum literarum præfati Iulij prædecessoris eorum exigentibus demeritis arrestata, applicata, & pro dicta fabrica uendita, sibi modo aliquo uendicare, uel ab emptoribus uel detentoribus, aut Commissario delegatis, uel subdelegandis prædictis repetere: Ac sub similibus sententia & pœna mandamus quibuscunq; Prædicatoribus, uerbi Dei quorumcuaq; ordinum, etiam mendicantium, ut requisiti a præfato Cõmissario uel delegatis, seu subdelegandis ab eo, præfatos Christifideles ad contribuendum dictæ fabricæ exhortentur, & a præmissis Cõmissario uel delegandis præfatis admoniti, a prædicationibus diebus quibus dictæ indulgentiæ et suspensiones ab ipsis uel de ipsorum commissione publicantur pœnitus abstineant. Liceatq; nihilominus Commissario & delegandis, aut subdelegandis prædicta omnia & singula, etiam omnibus & singulis prædictis sub eisdem pœnis totiens quotiẽs eis uel eorum alicui uisum fuerit opportunum mandare, & iniungere. Necnon iuramenta quæcunq; a quibusuis laicis utriusque sexus de stando in aliqua societate, fraternitate, uel numero personarum, & de soluendo ratam aliquam imperpetuũ uel ad tempus occasione fraternitatis societatis uel numeri ratione dictarum indulgentiarũ, priuilegiorum, & questarum quomodolibet præstita relaxare, & eosdem ab illis absoluere. Contradictores quoslibet & rebelles, etiam per censuram ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio bra

Inhibitio contra questores.

Prædicatores requisiti hortentur Xp̃ifideles ad cõtribueñ. fabricæ

Prædicatores admoniti a Cõmiss. abstineant a p̃dicationib. diebus q̃bus indulgeñ. & suspẽsiões publ.

Facultas Cõmiss. p̃cipieñ. p̃missa.

Facul. remitteñ. iurameñ. de stando ĩ aliqua societate.

Contra contradictores.

Processiones publice.

De conuocan. populum ad sonum campanae.

Relinqtur locus dignior i pcess. comiss.

De fide adhiben. transumptis & confess.

Indulgentia pro aiabus in purgatorio existen.

chij secularis compescere & compellere. Ac processiones publice ad effectum praemissum fieri, & populum ac religiosos omnes cuiuscunq; ordinis, etiam exemptos pro huiusmodi operibus peragendis, ad sonum campanae conuocari facere dictiq; congregati teneantur, sub poena excommunicationis procedere relicto digniori loco deputatis & subdelegatis ad ipsas indulgentias exequendas, & a censuris & poenis praedictis satisfactione praeuia absoluere, & illa remittere ac suspensiones huiusmodi indulgentiarum relaxare. Quodq; etiam transumptis & confessionalibus in dictis prouincijs, insulis & finibus quibusuis personis per praefatum Nuncium & Commissarium, uel deputandos, uel subdelegandos, ab eo subscriptis & suo sigillo dumtaxat munitis, fides adhibeatur auctoritate Apostolica tenore. praesentium licentiam & facultatem concedimus atque uolumus et mandamus. Et ut animarum salus eo potius procuretur quo magis aliorũ egent suffragijs, et quo minus sibijpsis proficere ualent auctoritate praefata de thesauro quae sanctae matris Ecclesiae animabus in purgatorio existentibus, quae per charitatem Christo unite ab hac luce decesserunt, & dum uiuerent sibi ut huiusmodi indulgentia suffragaretur meruerunt paterno compatientes affectu quantum cum Deo possumus succurrere cupientes de diuina misericordia & apostolicae potestatis plenitudine uolumus & concedimus, ut si qui parentes amici aut caeteri Christifideles pietate cõmoti pro ipsis animbus in purgatorio pro expiatione poenarum eisdem secundum diuinam iustitiam debitarum detentis durante cõmissione Nuncij & Cõmissarij ad opus fabricae huiusmodi aliquam elemosinam iuxta Nuncij & Cõmissarij ac deputandorum et subdelegandorum ab eo quibus uices suas cõmiserit ordinationem

erogauerint ipsa plenissima indulgentia per modum suffragij ipsis animabus in purgatorio existentibus, pro quibus dictam elemosinam pie erogauerint, ut præfertur, pro pœnarum relaxatione suffragetur: Ac omnes & singuli Christifideles utriusq; sexus, tam ecclesiastici q̃ regulares & seculares de similis potestatis plenitudine & liberalitate, qui manus adiutrices ad opus fabricæ huiusmodi porrexerint, ac omnes et singuli eorundem parentes defuncti benefactores, qui cum charitate decesserunt in omnibus precibus suffragijs elemosinis, ieiunijs, orationibus, missis, horis canonicis, disciplinis peregrinationibus, & cæteris omnibus bonis quæ fiunt & fieri poterunt in tota uniuersali sacrosancta ecclesia militante, & omnibus membris eiusdem participes in perpetuum fiant. Non obstantibus præmissis ac cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon priuilegijs & indultis etiã maremagnum nuncupatis, eisdẽ ordinibus eorumq; personis in genere uel in specie sub quibusuis uerborum formis & clausulis, etiam in similibus motu proprio, & ex certa scientia ac de Apostolice potestatis plenitudine forsan concessis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de ipsis, eorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressa, indiuidua, ac de uerbo ad uerbum non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac uice dumtaxat specialiter & expresse de simili nostra sciẽtia ac potestatis plenitudine derogamus, ac cuiquam uolumus nullatenus suffragari, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus, uel eorum ordinibus ab eadem sede indultum existat.

> Participatio bonorum spũalium militãtis ecclesie p̃ viuentibus.

> Pro animabus in purgatorio.

> Deregatio obstãtiarum.

> Etiã marimagno

quod interdici, suspendi, uel excōmunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca ad quæ expediens fuerit deferre, uolumus etiam & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis unius uel duorum publicorum Notariorum manu subscriptis & ipsius Nuncij & Commissarij, uel delegandorum uel subdelegandorum ab eo, aut alicuius prælati uel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, ea prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus nostris literis adhiberetur, si essent exhibitæ uel ostensæ, Quodq; in pecunijs occasione indulgentiarum huiusmodi prouenientibus fraudem ullam facientes excōmunicationis sententiæ & illi ipsi Cōmissario uel delegandis, aut subdelegandis ab eo, aut eorum ordini modo aliquo in præmissis uel eorum occasione detrahentes, aut asserentes eosdem dictas indulgētias & facultates emissæ uel super eis nobiscum uel cum aliquo conuenisse & composuisse, cum ut filij obedientiæ gratuitam operam & labores iussi a nobis in fauorem dictæ fabricæ impendant, ipso facto subiaceant, a qua ab alio quam a nobis uel Commissario prædicto & particulariter ad hoc ab ipso deputandis & præuia satisfactione præterquam in mortis articulo constituti absolui non possint. Præsentibus post dictum annum & beneplacitum nostrum minime ualituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri facti, constitutionis, deputationis, applicationis, suspensionis, declarationis, prohibitionis, inhibitionis, mandati, concessionis, derogationis, uoluntatis, & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem

De transumptis.

Excōicatio cōtra fraudē cōmittentes in ꝓuentibus indungentiarum.

Excōio cōtra detrahētes Cōmiss.

Excōio cōtra asserentes cōmiss. emisse indulgēn. vel facultates vel conuentiones fecisse.

gnationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctũ Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Decimo septimo. XVIII. Calend. Octobris. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

1517.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei. *Dilecto filio Francisco Lechetto ordinis fratrum Minorum generali ministro Nuncio & Cõmissario nostro, Salutem & Apostolicam benedictionem. Commisimus tibi per alias nostrâs sub plumbo literas. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo, octauo. Non. Ianuar. Pontifi. Nostri Anno Sexto. Curam & administrationem omnium indulgentiarum & facultatum in fauorem Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, per fe. re. Iulium Papam II. prædecessorem nostrũ, & per nos concessarum ad annum, ab illarum dat. computandum, & deinde ad beneplacium nostrum in Prouincis, & locis in illis, sicut in eisdem literis quas præsentibus de uerbo ad uerbum haberi uolumus pro expressis & insertis plenius continetur. Et quoniam opus Fabricæ eiusdem sua magnitudine crescens, in dies maiores exigit sumptus, dubitariq; ab aliquibus posset an beneplacitum nostrum prædictũ durare uelimus, sintq; adhuc complures Christifideles qui pie cupiunt indulgentiarum & facultatum earundem participes fieri, & manus ad opus prædictum porrigere adiutrices. Igitur motu proprio & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudi-*

ne cupientes etiam quieti conscientiæ tuæ tuorumq; ad curam & administrationem prædictas delegatorum & subdelegandorum, illorumq; qui uobiscum iuxta facultates uobis cõmissas conuenerunt, & imposterum conuenient satisfactioni salubriter consulere, & ut Christifideles eo magis ad pietatis opera, & ad contribuendum dictæ fabricæ exhortentur, quo magis ualidius ac securius uobiscum agere posse cognouerint, harum serie ratificamus & emolegamus, omne quod per te uel delegatos aut subdelegatos prædictos iuxta dictarum literarum tenorem & formam gestum, & compositum, & determinatum fuit, ac geri, componi, & determinari contigerit in futurum, etiam si eorum quispiam formam dictarum literarum, & facultatum, non tamen dolo, excessisset. Volumusq; & decernimus omnia & singula gesta composita & determinata in utroque foro ualere & suffragari, illaq; ex nunc Apostolicæ firmitatis robore communimus, Omnibusq; & singulis locorũ ordinarijs ac officialibus quibuscunque tam spiritualibus q̃; temporalibus, sub suspensionis a diuinis & priuationis omnium tam beneficiorum q̃; officiorum quæ obtinent aut imposterum obtinebunt, & quingentorum ducatorum auri dictæ fabricæ applicandorum, ac excommunicationis latæ sententiæ respectiue pœnis de facto incurrendis, quarum absolutionem nobis & successoribus nostris canonice intrantibus, tantũmodo reseruamus, ut nullo modo uel causa illos qui uobiscum conuenerunt, aut postea conuenient in casibus pro quibus fuerit conuentum molestare uel inquietare præsumant. Quod si secus præsumpserint liceat uobis et illis quos ad id elegeritis Ordinarios et Officiales prædictos & eorũ quẽlibet publicare & declarare pœnas prædictas incidisse, ac illas exigere, inuocato etiã si opus

Ratificatio gestorũ & gerẽdorũ p Cõmiss. et eius delegatos.

Gesta valeant in vtroq; foro.

Mandatum ordinarijs & officialibus ne molestẽt conueniẽtes cum Commiss.

Facultas declarãdi cõtraueniẽtes.

fuerit auxilio brachij secularis. Indulgentiasq; & facultates in nostris literis prædictis ac alijs Apostolicis tam sub plumbo q; in forma breuis contentas in dictæ fabricæ subsidium & fauorem tam per fe. re. Iulium Papam II. prædecessorem nostrũ, quam per nos concessas, & tibi, ut præfertur cõmissas confirmamus, approbamus & innouamus, & quatenus opus sit de nouo concedimus, illasq; ad alium annum a fine anni. dat. dictarum literarum uidelicet a Nõn. Ianua. Millesimi quingentisimi decimi noni Pontificatus nostri anuo septimo proxime futuri incipiendum, & immediate sequentem computandum & deinde ad beneplacitum nostrum durare uolumus et declaramus. Easdemq; non solum ad omnes et singulas prouincias, ciuitates, terras, & loca in dictis literis contentas & contenta, sed ad omnes alias tuo subministeriatu generalis ordinis Minorum contentas, ciuitatemq; & dioce. Niciẽn. & totam terram nouam, necnon ad omnes alias ciuitates prouincias & loca cuiuscunq; dominij qui te uel deputandos & subdelegandos per te cum dictis indulgentijs et facultatibus in subsidium fabricæ prædictæ pie recipere & admittere uoluerint, extendimus, & ampliamus. Volumusq; quod Confessionalia per te & a te deputandis & subdelegandis non solum personis, & locis in alijs nostris tam sub plumbo q; in forma breuis & præsentibus literis contentis existentibus, sed absentibus quibuscunq; Christifidelibus utriusq; sexus, & cuiuscunque status, conditionis, ordinis, & religionis fuerint. Et similiter pro mortuis quibuslibet concedi, & prædictæ indulgentiæ per modum suffragij suffragentur, dummodo sit qui pro eis petat, & pia suffragia porrigat, iuxta tenorem dictarum literarum dari possint. Non obstantibus Apostolicis ac quarumcũq; ecclesiarum, monasterio-

Confirmatio indulgen. & facultatum.

Prorogatio ad annũ & deinde ad beneplácitum.

Extensio ad alia loca.

De Cõfessionalibus.

De indulgen. ꝑ aiabus mortuoꝝ

Derogatio obstãtiarum.

rum, ordinum, religionum, constitutionibus & ordinationibus, ac statutis & consuetudinibus iuramento confirmatione Apostolica & quauis alia firmitate roboratis: Cæterisq; contrarys quibuscunque. Et ut indulgentiæ & facultates prædictæ pro dicta fabrica fructuosiores fiant, ac sine ullo Christifideliũ scandalo exequi & exerceri possint declaramus, statuimus, & uolumus quascunq; indulgentias tam plenarias q̃ temporales quibuscunque locis & personis in genere uel in specie ex quauis causa concessas & in posterum concedendas, etiam motu proprio uel contemplatione quorumcunq; Regum, excepto Rege Catholico in locis & literis sibi concessis, comprehensis, ac Reginarum, Ducum, aut aliarum personarum tam ecclesiasticarum q; secularium suspẽsas esse et effectu carere a Dominica Septuagesimæ usq; ad octauam Pentecostes inclusiue, & quod nullo modo reualidate intelligantur, uel sint etiam si specialiter esset expressum quod præsentibus & alys literis & indulgentys in fauorem dictæ fabricæ concessis, non obstantibus sortiri deberent effectum. Innouamus insuper & in uiridi obseruantia esse uolumus, et mandamus omnes & singulas literas in quacũque forma contra questores quoslibet in genere uel in specie æditas, ipsisq, questoribus, et præcipue Sancti Antony Vienen. Sancti spiritus in Saxia, Sanctæ Catherinæ montis Sinai, beatæ Mariæ Theutonicorum, Prouinciæ Prusiæ, beatæ Mariæ de Mercede, beatæ Mariæ de Monteserrato, Sancti Sebastiani ad Catecumbas extra muros Vrbis, et alys quibuslibet quoquo nomine nuncupatis, qui a te uel deputatis a te literas patentes non habuerint, inhibemus sub pœnis in dictis literis contentis, ne questas modo aliquo facere aut eorum indulgentys & confessionalibus uti præsumant in locis commis-

Suspensio aliarũ indulgẽ. a dñica Septuagesi. usq; ad octauã Pentecostes inclusiue.

Innouatio quarũcunq; literaꝝ cõtra questores.

Inhibitio contra questores ne questas faciãt nec eorum indulgentys et cõfessionalib. vtãtur nisi facta cõpositione cum cõmiss Fabricæ.

sionis uestrae huiusmodi, & si forte per nos alias de questus faciendis illis concedetur, etiam sub quacunque forma et causa ex nunc declaramus et uolumus illos tali cōcessione nullatenus uti aut gaudere posse, nisi prius tecum uel cum deputatis a te super dictis questis faciēdis pro dicta fabrica composuerint. Tibi et deputandis praedictis nihilominus inhibemus in uirtute sanctae obedientiae, ne per aliquam compositionem uel causam permittatis aut concedatis questas aliquas fieri a die cinerum usq; & per totam octauam Pentecostes. Et quoniam difficile foret praesentes literas ad singula loca in quibus expediens fuerit deferre, uolumus, & auctoritate Apostolica praefata decernimus, quod ipsarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius praelati uel personae in dignitate ecclesiastica constitutae, aut curiae ecclesiasticae munitis, in iudicio & alibi ubi opus fuerit eadē fides adhibeatur quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae uel ostensae. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quae in praefatis nostris literis uoluimus non obstare. Caeterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo decimo nono. Tertio Id. Decembris. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Inhibitio contra cōmiss.ne p̄mittat fieri aliquas questas a die cinerū p totā octauam Pentecostes

De transumptis.

1519.

Clemens Epūs seruus seruorū Dei. Ad perpetuā rei memoriā.

ADMONET Nos suscepti cura Regiminis, & auctoritas Pontificalis inducit, ut ad ea potissimum intēdamus per quae gloriosi Principes terrae Petrus & Paulus, qui primi Euangelium Christi in Alma Vrbe praedicarunt, in eaq; postq; Christianā

religionem fundarunt, & crexerunt, ac uniuersum orbem sacræ doctrinæ splendore, & miraculorum fama repleuerunt. Sancti martyrij coronam sub eodem persecutore, ac eadem die, eodemq; loco susceperunt, eo maiori ueneratione a Christifidelibus colantur, quo maioribus meritis inter alios Apostolos excelluerunt, Quorum licet Saluator noster peculiarem curam semper habuerit, quippe qui ut alia innumera omittantur, Petrum in fluctibus ambulantem, ne mergeretur dextra sua erexit. Paulum uero tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit, ipsum tamen Petrum, cui claues regni cœlorum dedit, plenitudinem potestatis habere, aliorumq; Apostolorum principem esse uoluit. Et propterea non conuenit ecclesiam seu Basilicam sub eius nomine dedicatam apud quam palatium Apostolicum existit, & in qua super ipsius beati Petri altari, Romani Pontifices quolibet anno missas Pontificales sollēniter celebrare consueuerunt, necessaria instauratione, ac reparatione carere, & ab illis, qui deuotionis causa ad eorundem Apostolorum limina uisitanda confluunt, quasi desertam atq; relictam conspici. Sane considerantes quod in ipsa Vrbe in qua omnipotens primatum ecclesiæ suæ sanctæ statuit atq; firmauit. Claræ memoriæ Constantinus, qui Monarchiam tenebat imperij, postq; a beato Siluestro per sancti baptismi Sacramentum, ueritatem fidei, & spem salutis æternæ suscipere meruit in proprio Lateraneñ. Palatio ecclesiam in honorem Saluatoris mundi erexit, eorundemq; Apostolorum Basilicas pari prope forma & magnitudine, a fundamentis ædificauit, ac proprijs humeris duodecim cophinos terræ, ex earum fundamentis exportauit, ac eas ipsas eodem die ab ipso Beato Siluestro consecrari obtinuit, aliaq; multa, mente reuoluentes, ad officium nostrū

pertinere arbitraomur, ut pŝtquam fe. re. Iulius Papa II. *præ-decessor noster existimans quemadmodum ipse* Petrus *Apostolorum princeps habetur, ita eius basilicam ædificij pulchritudine, & magnificentia inter alias principatum obtinere debere, ipsam propterea demoliendam mandauit, ut longe ampliorem ac magis admirabili ædificio reficeret, ac instauraret. Nos qui eiusdem* Beati Petri *successores sumus, ipsumq; peculiari deuotione prosequi tenemur, quod ipse* Iulius *prædecessor morte præuentus, successiueq;* Leo X. & Adrianus VI. Romani Pontifices, *& prædecessores nostri, uarijs causantibus impedimentis perficere non potuerunt, id omni conatu ac totis uiribus nostris aggrediamur.* Attendentes autem *hoc sacrum, & sublime beati* Petri *templum, non nostri neque cuiusquam esse propriũm, sed omnium Christianorum nationum cõmune, quando a domino* Deo Deiq; *filio ipsi* Petro *super omnes gentes potestas est data, ipseq; et successores eius* Romani Pontifices *pro salute omnium mediatores apud dominũ nostrum* Iesum Christum *esse debent. Cogitauimus propterea* Collegium *unum* LX. *uirorum curialium quarũcunque nationum instituere et ordinare; qui dictæ* Basilicæ, *fauente* Deo, *reficiendæ diligentem curam habere debeant.* Et *cum singularum nationum in nostram* Romañ. *curiam degeñ. Curiales digniores ex eis numerum* LX. *non excedentes ad hoc de mandato nostro elegerint.* Nos, *ut exinde optatus subsequatur effectus, & fabrica ipsius* Basilicæ, *cuius absolutionem sincero cordis affectu desyderamus, prosperiores complectatur successus, ac suffragia pro eadem fabrica, pia Christifidelium deuotione eroganda fideliter exigantur, & conseruentur, necnon prouentus illi in fabricam ipsam, & non in aliam causam debite conuertantur, op

Reuocatio quorũ cũq; comiss. Fab.

portune prouidere uolentes, ac quoscunque præfectos & officiales, ad opus dictæ fabricæ cuiuscunq; dignitatis, status, gradus & conditionis fuerint, etiam si Pontificali dignitate, aut Cadinalatus honore præfulgeant per dictos prædecessores, & nos ac Sedem Apostolicam hactenus deputatos, ac omnes commissiones, & facultates eis desuper sub quacunq; uerborum forma factas, & concessas, reuocantes, ipsosque præfectos, & officiales ab huiusmodi præfectione, & alijs officijs & cõmissionibus alias eisdem specialiter, uel generaliter factis, absoluẽtes.

Motu proprio.

Motu proprio, non ad aliquorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ex certa scientia unum Collegiũ præfectorum Fabricæ Basilicæ beati Petri nuncupandum, omnium Oratorum Christianorum Regum, & Principum, rerumq; publicarum, ac ex singulis nationibus huiusmodi, ut præfertur electorum, loco quorum pro tempore decedentium, uel se diutius absentantium, alij earundem nationum per dictum collegium eligi possint sic tamen quod dictũ numerum LX. non excedant, auctoritate Apostolica tenore præsentium erigimus, & instituimus, ac Collegium huiusmodi, & pro tempore existẽtes singulares personas eiusdem ab omni superioritate, dominio potestate, iurisdictione, & auctoritate, quarumuis personarum quacunque dignitate & excellentia, etiam Cardinalatus honore, & legationis de latere officio & quauis facultate pro tempore fungentium, etiam ratione Archipresbyteratus dictæ Basilicæ, quoad omnia, & singula quæ Fabricam huiusmodi concernunt, auctoritate & tenore prædictis eximimus, & totaliter liberamus, ac sub nostra & sedis prædictæ suscipimus protectione, Nobisq; & eidem Sedi, ita ut nullũ alium q̃ nos, & successores nostros Romanos

Erectio Collegij p̃fectorũ Fabrice

Facultas Collegij eligendi alios p̃fectos.

Collegiũ nõ excedat numerum lx personarũ.

Exemptio Collegij ab omni superioritate & iurisdictione.

Pontifices

Pontifices in superiores recognoscere debeant, nulliq; alij in eos aliquam superioritatem, dominium, potestatem, iurisdictionem, aut auctoritatem, quoquomodo exercere ualeant, immediate subijcimus, ipsiq; Collegio omnimodam administrationem curam, & directionem ac omne regimen dictæ fabricæ plenariæ cõmittimus, ac eisdem Collegio, ut de eorum gremio Officiales ad tempus per eos statuendum, tam ad specialem curam ipsius fabricæ ac quæcunque alia inferiora illam concernentia, quam etiam dummodo ex dignioribus, doctioribus, et clericis cligantur, ad iustitiam ministrandum qui iuxta facultatem eis per eosdem Collegium tribuendam contra debitores dictæ fabricæ prout iustitia exegerit procedere possint eligere, & ipsis officialibus electis, salaria decentia constituere, ac omnia & singula quæ cætera Collegia quæcunq; tam in dicta Vrbe et Curia Romana, quam alibi de iure uel consuetudine statuere, ordinare, & disponere possunt, & debent, tam prosperum regimen & debitum ordinem ipsius Collegij, quam multas committentium fraudes in dispensatione prouentuum fabricæ huiusmodi & alias fabricam ipsam concernentia, quæ postquam per eos statuta, ordinata, & disposita fuerint, eo ipso dicta auctoritate Apostolica approbata & confirmata sint, & esse censeantur, prout illa ex nunc, prout ex tunc, & econtra approbamus & confirmamus statuere & ordinare et disponere libere & licite ualeant plenam & liberam facultatem, auctoritatem, & potestatem auctoritate Apostolica & tenore supradictis concedimus. Et insuper ut omnia per ipsos Collegium gerenda omni odio, amore, & sinistra machinatione postpositis, secundum Deum & rectam conscientiam dirigantur, eisdem auctoritate & tenore statuimus et ordinamus, quod om

Colleg. datur plenaria administ. fabricæ.

Facultas eligẽdi officiales.

Facul. constituẽdi salaria officialib.

Facultas faciẽdi omnia prout alia collegia.

Facta p collegiũ eo ipso sunt confirmata apostolica auctoritate.

Forma iuramẽti pſtãdi p deputatos & officiales.

nes & ſinguli de dicto Collegio ac per eos pro tempore eligendi officiales ſub atteſtatione dãnationis æternæ quod ipſi in huiuſmodi fabricæ adminiſtratione cura & directione ac regimine, & officialium electione ſecundũ Deum abſq; dolo, fraude, odio, uel rancore, prout cuilibet eorum conſcientia dictauerit, procedent, & uotum dabunt, ac officium exercebunt. Iuramentumq́; quod per præfatos Collegium aut ab eis deputandos quotiens qualitas negocij id exegerit & officialibus deputandis, pro tempore expedire uiſum fuerit repeti poſſit, præſtare teneantur, ac quod omnia & ſingula pecuniæ, res, & bona debita & debenda etiam piæ oblationes, tã in dicta Vrbe q̃; extra eam pro opere dictæ fabricæ erogandæ, penes Collegium ſeu Officiales eligendos prædictos, aut depoſitarium per Collegium deputandum remanere, & per eos claues Arcarũ & truncorum ubi pecuniæ & elemoſinæ in ipſa Vrbe reponantur cuſtodiri: ipſæq́; pecuniæ omnes per eoſdem Collegium & Officiales ad hoc ab eis deputandos, ſeu eligendos, ad opus dictæ fabricæ, & nõ ad alium uſum omnino diſtribui, exponi, & conuerti debeant, etiam ſi nos et ſucceſſores noſtri Romañ Pontifi. aliter diſponeremus & ordinaremus. Etiam per quæcunq; mandata, tam in ſcriptis, q̃; etiam uiuæ uocis oraculo ſub quibuſuis pœnis & cenſuris facienda, quibus Oratores Regũ & Principum, necnon Rerumpublicarum in dicta curia reſidentes pro eiſdem Collegio firmiter reſiſtere, & in huiuſmodi euentum præfati Collegium pecunias, res, & bona omnia prædicta nomine omnium oratorum deponere. Nec dicti oratores aut Collegium ratione reſiſtentiæ huiuſmodi aliquas cenſuras ſiue pœnas incurrere, neq; Collegium præfati ad aliud q̃; ad deponendum, ut præfertur, aſtringi poſſint. Ipſiq; ora

Oĩa bona fabricæ debent remanere pœnes officiales eligendos aut depoſitariũ deputañ.

Collegium debet cuſtodire claues arcarũ vbi reponũtur elemoſinæ.

Oblat. ad alium vſum nõ poſſunt diſtribui ẽt per apoſt. mandata.

Oratores exiſteñ in curia debẽt reſiſtere p colleg.

tores eo casu pecunias, res, & bona huiusmodi ad aliud opus quam dictæ fabricæ exponere nequeant, & qui contrarium fecerint ad restitutionem de proprio damni eidem fabricæ eorũ culpa uel factô illati teneantur, quodq; omnia & singula per inferiores officiales prædictos, pro tempore acta & gesta subscriptione Officialium deputandorum, & sigillo Collegij prædictorum munita ualeant, plenamq; roboris firmitatem obtineant, ac in iudicio & extra fidem faciãt, ac si per Camerarium nostrum & præsidentes Cameræ Apostolicæ gesta & facta essent. Et similiter dilationes, pacta, transactiones, relaxactiones seu remissiones per collegiũ præfatũ, pro quiete mẽtis debitorũ ipsius fabricæ faciendæ, illas uim, & auctoritatẽ habeant, quas haberẽt, si nobiscum, & cum successoribus nostris præfatis, ac Camerario, & præsidentibus Cameræ huiusmodi confecta & celebrata forent, nec in aliquo alio per Camerarium, & Præsidentes præfatos, seu quoscunq; alios Officiales molestari, aut inquietari possint. Ac quod Collectores pro exigendis hæreditatibus legatis, & alijs bonis ex donationibus causa mortis seu irreuocabiliter inter uiuos dictæ fabricæ factis seu faciendis, ac pijs elemosinis tam in curia & Basilica prædictis, q; extra eandem curiam, & in quibuscunque Ciuitatibus, Dioecesibus, & locis erogandis deputari, eligi, & transmitti non possint per alios quàm per Collegium præfatos, ac per ipsos Collegiũ pro tempore deputati, & electi, ut sine impedimento aliquo, & cũ mentis quiete officium eis commissum exercere ualeãt, eorumq; familiares, clerici dumtaxat ad opus fabricæ huiusmodi deseruientes, durante eorum officio & illius exercitio dumtaxat ab omni superioritate & iurisdictione quorumcunq; ordinariorum Ecclesiasticorum liberi & exempti, ac sub nostra & dictæ se-

De validitate fiẽdorũ per inferiores officiales.

De validitate trãsactionũ fiẽ. per collegium.

De collectoribus deputandis.

Collectores eximuntur ab omni superioritate.

Collectori debet adiungi laicus.

dis protectione constituti sint, & esse censeantur, quodq; cōmunitas, ciuitas, uel uniuersitas loci in qua seu quo Collector deputatus fuerit adiungere debeant unum ciuem laicum bonæ famæ & facultatibus idoneum, qui simul cum collectore exactionibus interueniat, & computum teneat, de actis fidem Collegio præfato faciat, ac gratijs spiritualibus & temporalibus quibus gaudebit collector gaudeat, quod quæ omnia & singula bona seu hæreditates & legata dictæ fabricæ, donationes ex causa mortis, seu inter uiuos, seu alias quomodolibet relicta, & facta, ultimo emptori & plus offerenti, siue dicta bona in mobilibus siue immobilibus rebus, seu nominibus debitorum consistant, publice subhastari & uendi debeant, ac ex redditibus & bonis prædictis pecuniæ prouenturæ penes Collegium seu depositarium per Collegium deputandum, ad effectum, ut opus dictæ Basilicæ continuari & finiri possit deponi debeant, Et ne ipsi Collegium et ab eis pro tempore eligendi Officiales, pro exigendis oblationibus, bonis, & rebus dictæ fabricæ, tam ratione contractuum quàm quarumcunq; dispositionum inter uiuos & ultimarum uoluntatum pro tempore debitis, in diuersis tribunalibus litigare cogantur, & per uarias cauillationes, & subterfugia, solutiones differantur, sicq; prosecutio fabricæ huiusmodi impediatur, quod Collegium præfatū ordinariam iurisdictionem exercere, & de quibusuis causis quorumcunq; dictæ fabricæ debitorum, etiam quarumcunq;, etiam maximarum summarum, & ex quauis causa contractorum, cum peritorum consilio cognoscere & iudicare, & ad instantiam Iconomi seu procuratoris ipsius Fabricæ per Collegium præfatos deputandi, contra quoscunque dictæ fabricæ, ex quibusuis causis debitores cuiuscunq; digni-

Bona spectantia ad Fabricā debent subhastādi.

Ius ordinariū datur collegio

Iconomus deputatur a collegio.

Ad instañ. Iconomi proceditur cōtra debitores.

tatis, gradus, uel conditionis, fuerint, præsentes uidelicet in dicta curia manu regia cõstito de debitis per instrumenta quæcunq;, seu per testes idoneos, parte citata examinandos clare & concludenter debitum probantes, aut alias legitimas probationes, etiam si debitum mediate ex quouis titulo etiam cessionis libere, & sine fraude, nec ad commodum aliquod cedentis factæ, seu applicationis ad ipsam fabricam pertineat sola solemnitate a iure naturali introducta, uel si exped. erit. Vnica citatione dumtaxat personaliter, uel ad domum eorum; solitæ habitationis, si uidebitur, facienda, præcedente, absq; alia tela iudiciaria, etiam singulis diebus, & tempore quarumcunq; feriarum, non tamen ad Dei honorem pro tempore indictarũ, etiam nobis & successoribus nostris Ro. Pont. a Romana curia absentibus, ac etiam Sede uacante usq; ad effectualem executionem, necnon contra capitula, collegia, communitates, & uniuersitates, ac personas, res, & bona ad dictam fabricam spectantia habentes, & detinentes etiam uigore monitorij pœnalis per ipsos Collegium sub censuris & pœnis eidem fabricæ: si res & bona huiusmodi non restituerint, applicandis decernendi, ac contra contumaces, unica uel pluribus citationibus, si uidebitur præcedentibus, etiam per affixionem in ualuis seu Ianuis ipsius Basilicæ Principis, etiam per censuras & pœnas ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia procedere, & mandatum executiuũ loco sententiæ ferẽdæ seu literarum decernere. Necnon singulos prædictos, etiam per edicta publica in locis publicis circũuicinis affigenda, quæ ipsos perinde arctent, ac si eis personaliter intimata forent, constito sũmarie et extra iudicialiter de non tuto ad eos accessu more auditorũ causarum palatij Apostolici, absq; aliqua speciali nostra uel successorũ nos

Contra p̃ntes in cu. manu regia.

Vnica citatione p̃sonaliter vel ad domũ solitæ habitationis.

Singulis dieb. tẽpore feriarum

Etiã Pont. a cu. Ro. absente.

Sede vacante.

Per monitorium penale.

Contra contumaces.

Per affixionẽ citationis in valuis ipsius Basilicæ.

Mãdatũ exequutiuum loco sentẽtie seu literarũ.

Per edictũ pub.

Sine alia speciali cõmissione.

strorum commissione citare & monere, tam absentes q; praesentes debitores, etiam si absentes personaliter, uel alias comparuerint nisi soluerint, seu de solutione legitima docuerint. Necnon singulares personas capitulorum, collegiorum, cōmunitatum, & uniuersitatum detinentium res, & bona Fabricae huiusmodi, absq; alia iuris solēnitate, excōmunicationis sententia innodare, a diuinis suspendere, ac excommunicatos & suspensos declarare, ac excommunicationis & alias censuras & poenas praedictas quotiens opus fuerit, etiam iteratis uicibus aggrauare, aut contra eos auxilium brachij secularis inuocare, & interdictum generale uel speciale tam in ecclesijs, quàm ciuitatibus & locis, in quibus debitores & detinentes praefati moram traxerint, & ad quae eos declinare contigerit, apponere, illudq; suspendere, tollere, seu reuocare, ac quaecunq; alia remedia per Praesidentes dictae Camerae Apostolicae exerceri solita, donec de debito ipsi fabricae fuerit integre satisfactum exercere libere, & licite ualeant. Et si contingat dictos debitores animo differendi solutiones, prout uerisimiliter praesumi potest, ante, uel postq; ad soluendum totum illud in quo reperti erunt ueri debitores, condemnati fuerint per uaria subterfugia & remedia, confugere, grauamina illis illata seu inferenda, etiā nullitatis & tele iudiciariae non seruatae, & propterea causas appellationis, seu appellationum & nullitatis ac nullitatum, aliquibus iudicibus in dicta curia, uel extra eam committi procurauerint, quod omnes & singulae causae dictam fabricā concernentes, tam negocij principalis in praeiudicium iurisdictionis concessae Collegio huiusmodi, q; appellationis, & nullitatis, seu appellationum, & nullitatum per ipsos Collegium, seus officiales deputandos decidi debeant, nec cuiquam iudici

Excōmunicatio. Cōtra detinētes.

Declaratio.

Agrauatio. Inuocatio brachij secularis. Interdictum. Collegiū pōt exercere quaecunq; remedia pro obtinenda satisfactione quae solēt Praesidentes ca. apost.

Omnes causae ēt appellationū concernen. interesse Fabricae debent decidi per Collegiū vel eius off.

committi, neq; commissiones per quemcunq; a nobis & sede Apostolica ad cōmissiones iustitiæ signandas deputatum, etiam si dictæ Romanæ *ecclesiæ* Cardinalis *fuerit, nec per eiusdem* S. R. E. Viceca*ncellarium, aut illius locumtenentem pro tempore existentem, nisi per nos & successores nostros præfatos manu nostra, uocatis dictis officialibus prius, signari possint, ac de nullitate processus non possit in dubium deduci, neq; cognosci, sed perinde reiectis nullitatibus etiam censurarum, ac si de nullitate declaratum fuisset propter periculum animarum, etiā si ex actis de illis constaret de nouo in negocio principali procedi possit, nisi de iniustitia negocij principalis ex actis constiterit seu alias infra breue tempus apparere possit, ac quod decreta & mandata de soluendo per officiales collegij huiusmodi, exigente iustitia contra debitores præfatos facta per quoscunque* Officiales *ipsius* Vrbis *etiam* Barisellum & Marescallos *exequi debeant, nec talia mandata & executiones per quoscunq;* Officiales, *etiam præfatos* Cardinales *etiam* Sede *uacante etiā collegialiter quouis quæsito colore: aut per etiam* Camerarium *nostrum, &* Præsidentes Cameræ *huiusmodi, seu etiam per literas saluiconductus ac dilationes datas ad persoluendum, etiā cum idonea cautione impediri seu retardari ualeant, omnesq; literæ saluiconductus & dilationes per* Camerarium *et dictæ* Cameræ *præsidentes præfatos, seu per* Collegiū S. R. E. Cardinalium *etiam dicta* Sede *uacante, uel* Romano Pontifice *a* Romana *curia absente concedendæ nullius roboris uel momenti existant, ac illis non obstantibus mandata & decreta huiusmodi, per officiales, quibus illa fuerint præsentata, exequi debeant. Ac quod omnes qui executiones seu perceptiones pecuniarum & bonorum quorumcunq;, tam mobilium q̄ immobi-*

Commmissiones non possunt signari palios nisi p Pont. manu sua vocatis officialib.

De nullitatibus.

De executiōe decretorum & mādatorum.

Saluicōductus et dilationes annullantur.

Occultãtes et impedientes excõmunicantur.

lium, ex quauis causa & dispositione ultimæ uoluntatis, seu inter uiuos ad dictam fabricam spectantium impediuerint, & easdem bona uel instrumenta seu testamenta codicillos ultimas uoluntates donationes tam ex causa mortis, q̃ inter uiuos occultauerint, seu quominus ad notitiam Collegij & Collectorum, tam in dictis Vrbe & curia, quam extra eam deputandorum, peruenire ualeant impediuerint, eoipso excõmunicationis sententiam incurrant, & tam per Collegium & illius Officiales pro tempore deputandos, quam etiam per eosdem Collectores in partibus & locis ubi deputati fuerint pro excõmunicatis declarari, & publicari possint, nec per alios quam dictos Officiales, seu Collectores, etiam in uim quarumcunq; literarum & facultatum, etiam cruciatæ quibusuis principibus concedendæ, nisi prius satisfecerint, uel si in mortis articulo constituti fuerint, præstita cautione de satisfaciendo per se si conualuerint, alias hæredibus & executoribus satisfactionem iniungendo absolui, huiusmodiq; absolutionem Officiales & Collectores ipsi parentibus talium impedientium & occultantium, qui de iure pro impedimentis, & occultationibus per eos præstitis, & factis obligati fuerint impendere possint, quodq; Notarij, Rectores parrochialium ecclesiarum, seu Vicarij uel quicunq; alij, de donationibus prædictis rogati, seu de illis notitiam habentes, illas infra mensem Collegio, seu Collectoribus, & si Collectores præsentes non fuerint, in curia Episcopali loci intimare teneantur, & debeant, decernentes, & declarantes pro potiori præmissorum robore; quod si aduersus illa uel eorum aliqua quæuis literæ Apostolicæ tam quascunq; declarationes, concessiones, et clausulas generales, uel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias fortiores, insolitas efficaciores ac irritantia

Collectores possũt declarare excõicatos occultãtes bona et legata vel impedientes. Reseruatio absolutionis.

Notarij et Rectores parrochialiũ tenentur ĩfra mẽsem dare notitiã de legatis Collegio vel collectoribus.

Decretũ irritãs.

tantia decreta, necnon mandata etiam pœnalia, sub quacunq; forma, & uerborum expressione in se continentes, etiam præsentibus expresse derogantes, etiam Motu proprio, & scientia similibus, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, a nobis seu successoribus nostris præfatis, aut nostra uel eorundem successorum nostrorum auctoritate, seu alijs quibusuis modis emanauerint, aut aliquo unquam tempore apparuerint per quæ effectus earum præsentium retardari uel impediri, aut illis quomodolibet derogari, uel præiudicium aliquod in aliqua sui parte quouismodo afferri posset, quod illa cum omnibus, & singulis inde secutis executionibus & processibus, pro infectis habeantur, nulliusq; roboris uel momenti existant, ipsæq; præsentes literæ uim ualidi, & efficacis pacti & contractus inter nos & Collegium præfatos initi, etiam iuramento uallati ad effectum, ut non liceat nobis, nec successoribus nostris prædictis præmissa reuocare, habere censeantur. Et sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; iudices, & Cõmissarios quauis auctoritate fungentes, etiam dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere. Irritum quoq; & inane quicquid secus super præmissis uel eorum aliquo per quoscunq;, quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari. Quocirca uniuersis et singulis uenerabilibus fratribus nostris Patriarchis, archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs abbatibus, Prioribus, præpositis, Decanis, archidiaconis, & alijs personis in dignitate ecclesiastica constitutis: necnon Patriarchalium, & Metropolitanarum, ac aliarum Cathedralium ecclesiarum Canonicis, eorundem Patriarcharum, archiepiscoporum, & Episcoporum

Decretũ irritãs.

Mandatũ assistẽtiæ generalis.

Officialibus, & Vicariis in spiritualibus, & temporalibus, ubi-libet constitutis. Motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi uel duo, aut unus eorum per se uel aliũ, seu alios præsentes literas, & in eis contenta, quæcunq; ubi, & quan-do opus fuerit, ac quotiens pro parte Collegij, & ab eis pro tempore deputandorum Officialium, & Collectorum prædicto-rum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solẽniter pu-blicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assi-stentes, faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi sub censuris, & pœnis ecclesiasticis firmi-ter obseruari, non permittentes Collegium, & ab eis pro tem pore deputatos Officiales, et Collectores præfatos desuper per quoscunq; quauis auctoritate fungentes quomodolibet molesta-ri impediri, seu perturbari. Contradictores, molestatores quos-cunq; & rebelles, per easdem censuras, & pœnas appellatio-ne postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras & pœnas ipsas, quotiens opus fuerit, aggrauando, Necnon loca in quibus eos morari, & ad quæ declinare contigerit, ecclesiastico interdicto subijciendo in uocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: Non

Derogatio.

obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; ac quibusuis priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis quibusuis ecclesijs, monasterijs, ciuitatibus & locis, ac capitulis, Collegijs, communitatibus, uniuersitatibus, iudicibus, & personis cuius-cunq; dignitatis, & conditionis existentibus, sub quibuscunq; tenoribus et formis ac cum quibusuis etiam derogatoriarum de-rogatorijs, alijsq; fortioribus, & insolitis clausulis concessis, ap probatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica, & indiuidua mentio fieri de-

beret, tenores huiusmodi ac si de uerbo ad uerbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes quoad præmissa specialiter & expresse derogamus. & sufficienter derogatum esse, et aduersus præsentes nemini suffragari posse decernimus, ac quorumuis tribunalium consuetudinibus contrarys quibuscunq;. Aut si aliquibus cõmuniter uel diuisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, uel excõmunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula in quibus de eis fides forsan facienda foret loca deferre etiam uolumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, uel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, uel curiæ ecclesiasticæ munitis in iudicio, & alibi ubi opus fuerit eadẽ prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ uel ostẽsæ.

Derogatio cõsuetudinũ quorũuis tribunalium.

De transumptis.

NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum erectionis, institutionis, exemptionis, liberationis, susceptionis, subiectionis, cõmissionis, concessionis, statuti, ordinationis, decreti, declarationis, mandati, derogationis, & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo uigẽsimo quarto, Pridie Idus Decembris. Pontificatus nostri Anno Secundo.

1524.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dudum admonente nos cura regiminis, & auctoritate Pontificali inducente, ut ad ea potissimum intenderemus per quæ gloriosi Principes terræ Petrus uidelicet & Paulus Apostoli qui primum Euangelium Dei in alma Vrbe prædicarunt, in eaq; postq; Christianam religionem ibidem plantauerant, ac uniuersum orbem sacræ doctrinæ splendore, & plurimis miraculis repleuerant, gloriosi martyrij coronam sub eodem persecutore, ac eadē die susceperunt, eo maiori ueneratione a Christifidelibus colerentur: quo maioribus meritis, inter alios Apostolos excelluerunt. Quia tamen Saluator noster Iesus Christus Petrum aliorum Apostolorum principem & cum eiusq; successores plenitudinem habere uoluit mente reuoluimus ad nostrum officium pertinere, ut postq; fe. re. Iulius Papa II. prædecessor noster existimans queadmodum ipse Petrus Apostolorum princeps haberetur, ita etiam Basilicam sub eius inuocatione in dicta Vrbe dedicatam, ædificij pulchritudine & magnificentia inter alias principatum obtinere debere, ipsam propterea demoliendam duxerat, ut eam ædificio longe ampliori & magis admirabili reficeret & instauraret, quod ipse Iulius morte præuentus, successiueq; Leo X. & Adrianus VI. Romani Pontifices, etiam prædecessores nostri uarijs causantibus impedimentis perficere non potuerunt, id omni conatu ac totis uiribus aggrederemur, dignū quin potius debitum duximus, quod illius fabrica etiam communi fauore & diligentia prosequenda esset, & ut fabrica ipsa prosperiores successus

amplecteretur, ac pia Christifidelium suffragia pro eadem fa=
brica eroganda fideliter exigerentur, conseruarentur, & in
fabricam ipsam & non alium usum conuerterentur prouidere
uolentes, reuocatis per nos primitus quibuscunque officialibus
præfectis ad opus dictæ fabricæ, cuiuscunq; dignitatis, status,
gradus, & conditionis forent, etiam si Pontificali dignitate, aut
Cardinalatus honore præfulgerent, per dictos prædecessores,
& nos ac Sedem Apostolicam eatenus deputatis, ac omnibus
commissionibus & facultatibus eis concessis & factis, eisq; ab
huiusmodi præfectione, & alijs officijs ac commissionibus abso
lutis, unum Collegium fabricæ beati Petri de Vrbe nuncu=
pandum omnium Oratorum Christianorum Regum & Prin
cipum, rerumq; publicarum ac singularum nationum in nostra
Romana curia degentium Curialium diguiorum ex eis nume
rum sexaginta non excedentium, ad hoc de mandato nostro
tunc electorum, loco quorum pro tempore decedentium, uel se
diutius absentantium, alij earundem nationum similiter eligi
possent, sic tamen, quod dictum numerum sexaginta non ex=
cederent, auctoritate Apostolica: Motu proprio ereximus &
constituimus, ipsiq; Collegio administrationem, curam, & di=
rectionem, ac omne regimen dictæ fabricæ plenarie cõmisimus
prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cogno
scentes autem ad tanti operis absolutionem facultates Cameræ
Apostolicæ quampluribus debitis, & alijs oneribus grauatæ nõ
sufficere et opus ipsum tam sublime et excelsum ad finem opta
tum absq; pijs & largis Christifidelium erogationibus & alijs
subsidijs perduci non posse, ac considerantes indulgentias, &
alias gratias tam spirituales q; temporales, per præfatos præ=
decessores in fauorem dictæ fabricæ cõcessas iamdudum expi

Facultas Collegij ad biēnium et de inde ad benepla. Componendi.

rasse. Motu simili & ex certa scientia ac Apostolicæ potestatis plenitudine præfatis Collegio & ab eis ad infrascripta, in genere, uel in specie deputandis, aut subdelegandis, ut ad biennium a publicatione pñtium literarum in ualuis dictæ Basilicæ tribus diebus continuis facienda computandum, & deinde ad nostrum & Sedis Apostolicæ beneplacitum cum quibuscunq; utriusq; sexus Christifidelibus, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tam ecclesiasticis, etiam religiosis q̄; secularibus per totum orbem constitutis, super quibuscunq; male ablatis, incertis, uel per usurariā prauitatem quæsitis, etiam certis quæ fœnerator ab alio fœneratore extorsisset, & quæ ipse requisitus usuras restituere paratus non esset, uel alicui priuatæ ecclesiæ deberentur, in quibus tamen Romana Ecclesia de iure communi succedere posset, ac etiam bonis quæ ad alicuius manus peruenissent, & illa habentes quibus restitui deberent, ignorauerint, uel dubitauerint, quāquam male ablata per eos non existant, seu alias illa ad eos peruenerint, & similiter de eis quæ Deo eius sanctis & eorum intuitu pauperibus & alijs pijs locis in genere, & absq; ulla speciali determinatione, & proprijs nominibus personarū non expressis, pure in diem uel sub conditione, etiam per uiā substitutionis, uel translationis, aut alias quomodolibet relicta fuerunt, ac biennio & beneplacito huiusmodi durantibus relinquentur, tam pro præterito q̄; futuro temporibus etiam ante illorum purificationem uel diei aduentum aut cessionem componere: Ita ut soluta aliqua quantitate pro dicta fabrica eisdem Collegio seu deputandis uel subdelegandis ab eis dumtaxat a reliquorum sic relictorum, male ablatorum ac per usurariam prauitatem extortorum seu ad eos alias peruenerint, & cui ea

Super male ablatis incertis.
Super vsuris

Sup̄ spectātibus alicui priuate ecclesiæ.
Super incertis.

Sup̄ relictis īcertis ēt pauperibus

Tā pro p̄terito q̄ futuro.
Etiā ante illorū purificationē & diei aduentum

restituere debeant, dubitanter ignorant, ut praefertur, restitutione absoluti, existont, & ultra restituere minime tenantur eis concedere, ac illa quae tempore publicationis literarum indulgentiarum Iulij, & Leonis, ac Adriani praedecessorum, huiusmodi inexacta remanserunt, etiam si illa ordinarijs pro ipsis tamen incertis quomodolibet relicta donata, & quae eis quouismodo obuenerint, necnon quae ab ipsis ordinarijs uel eorum nomine post ipsam publicationem exacta, & eis quoquomodo soluta, ac etiam quae ante ipsam publicationem pro ipsis certis, aut incertis personis, & locis non debebantur, sed post publicationem praedictam postea deberi coeperunt, etiam si ea ordinarijs ut praemittitur relicta, donata, aut obuenta, tanquam eis indebita per ipsos Collegium, & deputandos, seu subdelegandos ab ipsis nomine dictae Fabricae libere exigi ac repeti, & assequi posse, & debere decernimus, etiam censuris Ecclesiasticis ac pecuniarijs poenis, alijsq; iuris remedijs opportunis, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis: Ac cum quibuscunq; qui bona Ecclesiarum, Monasteriorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet haberent, & iudicialiter deficientibus probationibus ad illorum restitutionem compelli non possent, etiam si per eos probari posset: quae bona omnia ac quaecunq; legata, & alias quomodolibet etiam haereditatis titulo pro male ablatorum restitutione relicta hactenus, & quae relinqui ac largiri contigerit in futurum biennio, & beneplacito huiusmodi durantibus in quibuscunq; testamentis donationibus causa mortis codicillis, aut alijs ultimis uoluntatibus per quoscunq;, & ubicunq; factis, & quae durante biennio, & beneplacito huiusmodi fi=

Premissa exacta p ordinarios possunt repeti.

Applicatio bonorũ ecclesiarũ deficientibus probationibus.

Applicatio relictorum pro male ablatis.

Appl. relict. incertis eccles. pijs locis aut personis incertis uel absentibus.

ent quibuscunq; incertis Ecclesijs, & pijs locis aut personis similiter incertis uel absentibus, taliter quod propter ipsorum absentiam merito ab eis notitia haberi non posset. Ac etiam quae restitutioni subiacerent, sed in eis uel ad ea personis quibus illa fieri deberet, receptio non competeret, nec non omnes & singulas pecunias, & res alias quae in prandijs ac conuiuijs, & publicis spectaculis, in aliquibus celebritatibus ex uoto statuto seu consuetudine in aliquibus locis exponi consueuerunt, & biennio ac beneplacito huiusmodi durantibus exponi deberent, etiam si super illis, & alijs quibuscunq; rebus, & bonis ad dictam Fabricam quomodolibet spectantibus, & pertinentibus inter ipsam Fabricam, & quosuis alios coram olim praefectis, & officialibus eiusdem Fabricae aut dilectis filijs supradictae Camerae clericis, seu curiae causarum Camerae eiusdem generali Auditore uel quibuscunq; alijs iudicibus, & Commissarijs quauis auctoritate fungentibus, etiam si Cardinalatus honore praefulgeant in Romana curia uel extra eam lis etiam in secunda uel ulteriori instantia indecisa pendeat ad ipsam fabricam applicamus. Ac omnes & singulas causas eandem fabricam concernentes in quauis instantia, ut praemittitur, pendentes, earum omnium statum, & merita praesentibus pro expressis habentes a dictis iudicibus, & Commissarijs harum serie auocamus, illasq; in eo statu in quo reperiuntur, praefatis Collegio iuxta facultates eis in dictis prioribus literis nostris per nos concessas, ulterius ad audiendas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas committimus super restitutione bonorum Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum huiusmodi competenti recepta portione uel quantitate pro

Appl. subiectorum restitutioni.

Appl. exponen. in conuiuijs et publicis spectaculis

Auocatio carum Fab. a quibusuis iudicibus et earum commissio Colleg.

cis in

eis in fabricam huiusmodi conuertenda similiter componere, et ipsos, sic ea tenentes ab ulteriori eorum restitutione libere absoluere, & quod illa retinere libere & licite possint in posterum eis concedere. Ac *eisdem* Christifidelibus *qui eum præfatis Collegio seu deputandis uel subdelegandis ab eis de aliqua elemosina pro dicta fabrica conuenerint, ut idoneum possint eligere confessorem secularem, uel cuiusuis ordinis etiam mendicantium regularem, qui eorum confessione diligenter audita pro commissis per eligentem delictis & excessibus, ac peccatis quibuslibet quantumq; grauibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis casibus ac censuris ecclesiasticis, etiam ab homine ad alicuius instantiam latis de consensu partium etiam ratione interdicti incursis & quarum absolutio dictæ sedi esset reseruata præterquam machinationis in personam Summi Pontificis, occisionis Episcoporum aut aliorum prælatorum & iniectionis manuum uiolentarum in illos & alios prælatos, falsificationis bullarum & literarum Apostolicarum, delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, ac sententiarum & censurarum occasione aluminum tulphæ nostræ ac de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem nostram delatorum incursarum semel in uita & in mortis articulo, & in non reseruatis casibus, totiens quotiens id petierint eos absoluere, ac eis in mortis articulo plenariam omnium peccatorum indulgentiam & remissionem impendere ac pœnitentiam salutarem iniungere. Necnon emissa per eos uota quæcunq; ultramarino, ingressus religionis, & castitatis uotis dumtaxat exceptis, in utilitatem dictæ fabricæ, si confitentis ad id accesserint facultates, sinautem in alia pietatis opera commutare: Ac iuramenta quæcunq; sine alicuius præiudicio relaxare,*

Elect. o cōfessoris

Facultas cōfessoris.

Casus reseruati.

Plenaria indul. i articulo mortis

Cōmutatio uotorum exceptis.

Relaxatio iuramentorum.

Absol. a simonia
Absol. ab irregularitate.

ac symoniæ in ordinibus uel beneficijs ecclesiasticis commissæ labe pollutos, ad ipsum opus contribuentes, similiter absoluere & cum eis super irregularitate, si quam censuris huiusmodi ligati Missas & alia diuina officia non tamen in contemptum clauium celebrando, aut alias diuinis se immiscendo, seu alias quomodolibet etiam beneficia ecclesiastica præmissorum occasione, uel alias indebite occupando, præterq; ratione homicidij uoluntarij & bigamiæ contraxerint, & ut in susceptis ordinibus ministrare, ac sic quæsita beneficia ecclesiastica quæ ex tunc eis de nouo collata censeantur retinere, libere et licite ualeant dispensare, omnemq; inhabilitatis & infamiæ maculam, siue notam ex ijs prouenientem abolere, ac eis fructus per eos indebite perceptos, etiam ratione omissionis horarum canonicarum & diuinorum officiorum remittere possit, liceatq; eisdem Christifidelibus Eucharistiam & alia ecclesiastica sacramēta ab eodem confessore uel alio sacerdote cuiusuis ordinis ēt mendicantium regulari per eos eligendo quocunque tempore, præterq; in Paschatæ resurrectionis, & sine alicuius præiudicio recipere, ac ipsorum decedentium corpora etiam tēpore interdicti auctoritate ordinaria appositi ecclesiasticæ tradi possint sepulturæ sine pompa, ac quācunq; ecclesiam uel capellam per eos eligendam deuote uisitando, tot & similes indulgentias, ac peccatorum remissiones consequantur, quas consequerētur si singulis diebus quadragesimalibus singulas dictæ Vrbis & extra eam ecclesias, quæ a Christifidelibus propter stationes Vrbis uisitari solent personaliter uisitassent: Ac ut eisdē quadragesimalibus & alys temporibus prohibitis, ouis, butiro, caseo, & alijs lacticinijs, carnibus uero de utriusq; medici consilio uti, frui, & uesci libere, & absque conscientiæ scrupulo

Retentio beneficiorum.
De fructibus male perceptis.
Facultas suscipiendi Eucharistiam & alia eccle. sacramēta à cōfess.
Cadauera tēpore interdicti possunt tradi sepulturæ ecclesiast.
Stationes vrbis
Lacticinia.
Carnes tēporib. prohibitis.

possint et ualeāt, ipsiq; Collegiū, et qbus uices suas in gñe uel ī specie duxerint cōmittēdas possint summā pecuniariā pro præmissis declarare, taxare, et limitare. Ac facultatē eligēdi cōfessore hmōi per eorū patētes literas eorū sigillo sigillatas, et absq; insertione pñtium literarū cōcedere. Necnō nobilibus, et presbyteris, ac graduatis indulgere, ut habeāt altare portatile, super quo cū debitis reuerētia, et honore in locis ad hoc cōgruentibus et hōnestis et nō sacris, et ecclesiastico interdicto ordinaria auctoritate suppositis (dūmō cām nō dederint hmōi interdicto) et antequā illucescat dies circa tñ diurnā lucē in sua, et suorū familiariū domesticorū pñtia missas, et alia diuina officia per seipsos q presbyteri sunt, aut pro tēpore erūt, celebrare, seu per alios sacerdotes celebrari facere, ac tēpore interdicti hmōi diuinis ītereßē libere possint auctoritate Apostolica præfata tenore pñtium licentiā et facultatē cōcedimus. Mādantes uniuersis et singulis locorū ordinariis abbatibus, et aliis cuiuscūq; dignitatis, status, gradus, ordinis, et præeminētiæ existāt, sub excōicationis latæ sñtiæ, ac qngētorū ducatorū auri fabricæ prædictæ applicañ. pœnis ipso facto ī currēdis ne publicationē, et prædicationē earūdē pñtiū in eorū ciuitatibus, et dioc. ubi et qñ ac quotiēs opus fuerit faciendā impedire, neue aliqd prætextu publicationis petere, aut et a sponte offerētibus recipere, aut in præmissis, et circa ea aliquā fraudē uel dolū cōmittere. Nec illos quos absolui, et cū qbus dispēsari uigore pñtium ab ipsis Collegio uel deputandis aut subdelegādis ab eis cōtigerit quouismō molestare uel impedire, aut pœnas aliquas pro casu in quo, ut præfertur dispensatū fuerit, ex statuto uel cōsuetudine, seu alias exigere per se uel aliū, seu alios quouismō audeāt uel præsumāt, ac decernētes confessionalibus per præfatos Collegiū, et deputādos, uel subdelegādos ab eis pro tē

Facultas taxādi elemosinam

Collegiū pōt concedere literas patentes eligēdi cōfess. sine insertione præsentium.

Altare portatile

Mandatū ordinariis ne impediāt publicat. et pdicatione pñtium.

Nec petāt aliqd ptextu pdicationis nec recipiant ēt a spōte dātib. nec cōmittāt dolū vel fraudem. Nec molestēt dispēsatos vel absolutos a colleg. vel eorum deputa. Vel aliquā pœnam exigant.

Fides adhibeatur Confessionalibus

Derogatio obstā narum.

porc cōcessis, et eorū sigillo dūtaxat munitis plenariā fidē adhi beri debere. Nō obstātibus præmissis ac cōstitutionibus, et ordi nationibus apostolicis, necnō qbusuis alijs applicationibus, et con cessionibus dictorū legatorū, et incertorū ablatorū, ac priuilegijs & indultis Apostolicis quibuscunq; ordinibus, ecclesijs, hospita libus, & alijs pijs locis, ac miserabilibus personis, in genere uel in specie sub quibusuis uerborum formis, & clausulis, etiā mo tu proprio, & scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, similibus forsan factis & concessis, aut in posterum fiendis et concedendis, necnon dictarum & similium facultatum, & gra tiarum suspensione, per nos in præsenti anno Iubilei ad simili ter nostrum, & dictæ sedis beneplacitum de fratrum nostrorū consilio facta quibus omnibus etiam si pro illorum sufficiēti de rogatione de ipsis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de aerbo ad uerbum, non autem per clausulas generales id importantes mentio, seu quæuis alia ex pressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, et inser tis habentes illis alias in suo robore permansuris hac uice dum taxat, specialiter & expresse de simili nostra scientia & pote statis plenitudine derogamus, ac cuiq; nolumus ullatenus suf fragari, cæterisq; cōtrarijs quibuscunq;, aut si aliquibus uel eo rum ordinibus ab eadem sede indultum existat, quod interdi ci, suspendi, uel excommunicari non possint per literas apostoli licas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uer

De Trāsumptis.

bum, de iudulto huiusmodi mentionem. Verum quia difficile foret presentes literas ad singula quæq; loca ad quæ expediens fuerit deferre uolumus etiam, et dicta auctoritate decernimus, quod earum transumptis unius aut duorum publicorum Notario

rum manu subscriptis, & ipsorum Collegij uel delegandorum, aut subdelegandorum ab eis seu alicuius prælati, uel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, sigillo munitis, ea prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus nostris literis adhiberetur si essent exhibitæ uel ostensæ. Præsentibus post biennium ac beneplacitum prædicta minime ualituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ applicationis, auocationis, commissionis, concessionis, mandati, derogationis, uoluntatis & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽptare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo uigesimo quinto, Kal. Iunij. Pontif. nostri Anno Secundo.

1525.

Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã nostræ uoluntatis & decreti infringere uel ei ausu temerario cõtraire, si quis aũt hoc attẽptare presũpserit indignationẽ omnipotẽtis Dei, ac beatorũ Petri, et Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurũ. Dat. Ro. apud S. Pet. ãno Incarnationis Dñicę Millesimo qngentesimo trigesimo secũdo, octauo Idus Sept. Pont. nostri Anno nono.

A. Gratiadei.
A. de Castello.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad futurã rei memoriã. Dũ ad assiduos labores, quos dilecti filij Collegiũ præfectorũ Fabricæ Basilicæ beati Petri nuper per nos erectũ. Necnõ Secretarius iconomus, Computista, & Mandatarius moderni Officiales eius-

dem Collegij circa eandem Fabricam præstare non cessant, debita meditatione attendimus merito inducimur, ut ipsos condignis fauoribus prosequamur, & gratijs, hinc est, quod nos Collegium, & præfectos ipsos, eorumq; singulares Sexaginta uidelicet personas etiam prælatos. Necnon præfatos Secretarium iconomum Computistam, & mandatarium Officiales Collegij huiusmodi nunc, & pro tempore existentes, ac eorum quemlibet specialibus fauoribus, & gratijs prosequi uolentes. ac a quibusuis excommunicationibus, suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis a iure uel ab homine quauis occasione, uel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Motu proprio, non ad Collegij præfectorum personarum Secretarij iconomi Computistæ, mandatarij huiusmodi aut alicuius alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instan. sed de nostra mera liberalitate, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine Collegium præfectos personas prælatos Secretarium iconomum Computistam, & Mandatarium huiusmodi, nunc & pro tempore existentes, necnon singulos clericos, per singulos ex eisdem Præfectis personis, etiam Prælatis, Secretario iconomo, Computistæ, & Mandatario eorumq; loco pro tempore ad infrascripta nominandos, & surrogandos super quo ipsis Collegio præfectis, personis etiam prælatis, Secretario, iconomo. Computistæ et mandatario, et earum cuilibet per præsentes facultatem concedimus, quorum omnium & singulorum nomina & cognomina qualitatesq; ac ciuitates, & dioc. ex quibus sunt oriundi præsentibus pro expressis haberi uolumus; & eorum quemlibet in

Receptio deputatorum Secretarij Iconomi cõputistæ & mãdatarij ac singulorũ clericorum p eosdẽ nominandorũ in familiares veros & non fictos.

nostros ueros, antiquos & non fictos familiares, continuos com mensales, Apostolica auctoritate tenore præsentium gratiose recipimus & admittimus, aliorum antiquorum uerorum etiam in Palatio nostro et illius Tinello actu comedentium familiariũ nostrorum continuorum commensalium numero & consortio fa uorabiliter aggregamus, ac quãuis in dicto palatio non habitẽt, & in illius Tinello non comedant, et in bulla seu rotulo descri ptorum antiquorum descripti seu annotati non existant. Nihilo minus ueros & indubitatos familiares continuos comẽsales an tiquos nostros existere, & ubiq; censeri debere, ut & tales in quibuscunq; impetrationibus, seu concessionibus quomodoli bet faciendis & concedendis se nominare posse, nec propterea eorum impetrationes & concessiones alicui surreptionis uitio subiacere, sed ualidas & efficaces existere, ipsosq; Collegium Præfectos personas etiam Prælatos, Secretariũ, iconomum, Cõ putistam, & Mandatarium huiusmodi pro tempore existentes, ac per quemlibet eorum surrogandos, & eorum quemlibet om nibus & singulis, ac illis prorsus similibus antelationum præ rogatiuis, concessionibus, mãdatis, exẽptionibus, decretis, gra tijs, fauoribus, priuilegijs, declarationibus & indultis, etiam quoad expeditionem literarum & gratiarum expectatiuarum, quibus alij nostri familiares cõtinui comensales antiqui ẽt ante tempus & tempore assumptioñ. nostræ ad summi Apostolatus apicem nobis ĩmediate actu seruientes, et pro tẽpore descripti, de iure uel consuetudine, utũtur, potiuntur et gaudẽt, ac uti po tiri et gaudere poterunt quõlibet in futurũ, etiã in assecutione beneficiorum ecclesiasticorum, quorumcunq; etiam uigore gra tiarum expectatiuarũ, etiam per nos eis pro tempore concessa rum, et illarum extensionum mutationum collationum et re-

ualidationum uti, potiri, et gaudere, ac in quibuscunq; regulis, & literis Apostolicis, seu constitutionibus & declarationibus circa nostros antiquos familiares cōtinuos cōmensales nobis actu in dicto Palatio seruientes, & in illius Tinello cmedentes, ac antiquos & pro tempore descriptos huiusmodi forsan factis et pro tempore faciendis, pro earum consequendo effectu inclusos & comprehensos esse, ac ubi dicti familiares continui comen sales antiqui & descripti excipiuntur, etiam exceptos esse et excipi, necnon quibuscunq; alijs personis cuiuscunq; dignitatis status, gradus, ordinis uel conditionis fuerint, quibus dicti an tiqui non per priuilegium, sed ueri descripti familiares conti= nui comensales nostri anteferuntur, et uigore quarūcunque prærogatiuarum concedendarum pro tempore anteferentur in assecutione beneficiorum huiusmodi anteferendos esse, ac ante ferri et præferri debere, sine tamen eorum descriptorum præ iudicio. Sicq; in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; iudices etiam S. R. E. Cardinales, & causarum palatij Apo stolici Auditores, tam in Romañ. curia quàm extra eam, in quibusuis causis pro tempore motis, & quauis instantia iudicā dum fore sublata eis & eorum culibet aliter interprætandi, et iudicandi facultate & auctoritate, ac irritum & inane, si se= cus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignorā ter contigerit attentari. Motu scientia, ac potestatis plenitudi= ne similibus decernimus et declaramus. Et nihilominus Colle= gio præfectis personis etiam prælatis, secretario, iconomo, Com putistc et mandatario præsentibus et futuris huiusmodi, ac eo= rum surrogandis et eorum cuilibet. Clericis tamen uel mili= tiæ. Clericali ascribi desyderantibus de tribus Canonicatibus, cum reseruatioñ. totidem præbeñ. etiam maiorum et pinguiorū

Mandatū de pro uideñ ad tria.

trium

trium Cathedraliũ etiam Metropolitañ. uel Collegiatarum ac dignitatis, personatus, administrationis, uel officij cuiuslibet ea rundem ecclesiarum. Necnon *præstimoniorum seu præstimo- nialium portionum, quorum fructus, redditus & prouentus Centum ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem ualorem annum non excedant*. Necnon *de tri- bus beneficijs ecclesiasticis, etiam si quodlibet eorum cum cu- ra, aut* Decanatus*, uel Archipresbyteratus ruralis, seu Vi- caria, uel Cappellania perpetua, qui uel quæ dignitas etiam cu rata, extra tamen Cathedralem ecclesiam reputetur seu di- gnitas, personatus, administratio, uel officium etiam curata et electiua, aut Canonicatus & præbenda, etiam electiua in Ca thedrali etiam Metropolitañ. uel collegiata ecclesia fuerit, quo rum singulorum fructus, redditus, & prouentus* Centum *& quinquaginta ducatorũ similium secũdum taxationem decimæ ualorem annuum, etiam non excedant ad collationem prouisio- nem præsentationem, electionem, seu quãuis dispositionem quo rũcunq; trium* Collatorum*, seu* Collatricum *secularium uel re gularium per eos et eorum quemlibet respectiue in singulis eo rum literis eligendorum uel eligendarum, etiam ratione digni tatum, personatuum administrationum, uel officiorum cõmu- niter uel diuisim spectantibus prouidemus ac prouideri manda mus, ac literas* Apostolicas*, sub data currenti, quæ perinde ua leant, ac si sub* Dat. Kl. Mav. Pontifi. *nostri Anno secundo concessæ, & processus desuper decernendos, ac si die uigesi- ma prima mensis* Augusti. Pont. *&* Anni *prædictorum decre ti, & tunc* Collegium *præfecti personæ etiam prælati,* Secreta *rius, iconomus,* Computista, *&* Mandatarius, *eorumq; sur- rogandi præfati, & eorum quilibet ueri familiares nostri con*

L

tinui cōmensales antiqui, ueri, & non per priuilegium descri=pti fuissent etiam ad tertiam collationem ad largam, uel cum creatione in Canonicum, ac de præstimonijs, seu præstimonia libus portionibus, aut simplicibus beneficijs huiusmodi etiam cum mutatione Priorum collationum ad alias collationes cum creationibus in canonicos, seu ad largas absq; alia nostra si=gnatura, prout eis communiter uel diuisim utilius uidebitur expediri uolumus & etiam mandamus. Necnon cum illis ex Collegio *præfectis personis etiam prælatis*, Secretario, *icono mo*, Computista, *Mandatario & surrogandis huiusmodi qui forsan ætatis supra x y ij. annum constituti, ut curata, seu alias inuicem incompatibilia etiam, ut præfertur, qualificata, cum illis uero qui natalium ex quocunq; illicito coitu procreati defectus pro tempore patientur, ut canonicatus & præbendas, ac di=gnitates, aliaq; omnia & singula beneficia supradicta, necnon cum omnibus supradictis, et eorum quolibet ut tria curata, seu alias inuicem incompatibilia etiam ut præfertur, qualificata, sub eorum gratijs expectatiuis comprehensa, ac literarum desu per conficiendarum uigore eis conferenda recipere & insimul quoaduixerint retinere libere & licite possint & ualeant, de specialis dono gratie dispensamus*. Non *obstantibus defectibus prædictis*, ac *Pictauen. & Lateranen. generalis Concilio=rum*. Necnon *alijs constitutionibus & ordinationibus apostoli cis, ac ecclesiarum in quibus beneficia prædicta forsan fuerint iuramento confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia ro boratis statutis & consuetudinibus, etiam de optando maiores & pinguiores præbendas, & non obtinendis præstimonijs nisi per canonicos actu præbendatos*, necnon *quibuscunq; antela=tionum prærogatiuis, declarationibus, concessionibus & indul*

tis quibusuis personis etiam dictæ Curiæ Officialibus, & ipsorum Collegijs, Motu scientia & potestate prædictis concessis & concedendis, quæ ipsis aduersus præmissa nullatenus suffragari posse decernimus cæterisq; contrarijs quibuscuq;. Præterea uolumus & auctoritate apostolica decernimus, quod transumptis præsentium manu publici Notarij subscriptis & sigillo alicuius personæ in ecclesiastica dignitate constitute munitis eadem fides adhibeatur, quæ eisdem originalibus si essent exhibitæ uel ostensæ adhiberetur. Quodq; pro prædictis omnibus & singulis communiter uel diuisim, dũmodo quod de gremio ipsius Collegij, aut eius Officiales, seu modo præmisso surrogati existant duo deputati, ac Secretarius Collegij huiusmodi pro tempore per cedulam eorum manu subscriptam fidem fecerint literæ apostolicæ super omnibus et singulis gratijs concessionibus & indultis præmissis oportunæ expedire possint. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, receptionis, admissionis, decreti, prouisionis, mandati, uoluntatis & dispensationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Vigesimo sexto. Pridie Kl. Decembris. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Hen. de Busseyo.

BREVE SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI Domini Pauli diuina prouidentia Papæ III.

AD Perpetuam rei memoriam. Ad sacram ac toto orbe celebrē beati Petri Apostoli de Vrbe Basilicam a magno Constantino olim ædificatam, proq; uniuersorum Christifidelium concursu uisitari solitam instaurandam, tota mente conuersi, eosdem Christifideles ad tam pium præclarumq; opus coadiuuandum a prædecessoribus nostris inuitatos, temporumq; calamitate impeditos, pro officio nostro spiritualium gratiarum muneribus libenter excitamus, ut ipsi ex traditis sibi a Deo opibus, templum gloriosissimi Apostolorum principis suis quasi manibus pro uirili erigentes, eodem intercedente, cui claues sunt traditæ regni cœlorum, pro paucis & transitoriis a se in hac uita collatis, magna & æterna nunq; interitura recipiant, & centuplum pro uno ex nostris Saluatoris sententia lucrentur, sane postquam fe. re. Iulius Papa ij. prædecessor noster supradictam Basilicam ad ruinam tendere conspiciens, eam in magis egregiam & magnificam formam restaurare seu reædificare decreuerat, & iam id facere cœperat, cum animaduertisset suas & Cameræ Apostolicæ facultates ad tantum opus perficiendum sufficere non posse, Christifidelium suffragia statuit implorare, & ut ipsi libentius ad hoc cōdescenderent, certas indulgentias & peccatorum remissiones, his qui de bonis a Deo sibi collatis ad dictum opus perficiē dum aliquid contribuerent, concessit, & elargitus est, & deinde piæ memoriæ Leo x. Adrianus vi. & Clemens vij. similiter Ro. Pont. prædecessores nostri, dictas indulgentias et remissiones confirmantes, diuersas alias indulgentias, etiam ple-

narias, dictis Christifidelibus, & tam eis q; Collegio officia-lium ad curam dictæ fabricæ per se dem Apostolicam deputato rum, nonnullas facultates, priuilegia, prærogatiuas & indul-ta, per diuersas eorum literas concesserunt. Cum autem nos prædictorũ et aliorũ prædecessorum nostrorũ uestigia insecuti indulgentias et plenarias ac facultates priuilegia, prærogatiuas & indulta a prædecessoribus nostris concessa in crastinum no stræ ad summi Apostolatus apicem assumptionis in genere re-uocauerimus, & ut accepimus a q̃plurbus in dubium reuoce tur, an reuocationes per nos ut præfertur factæ, indulgentias facultates, priuilegia, prærogatiuas, & indulta fabricæ & col legio præfatis, ut præfertur, cõcessa cõprehendant. Nos quorũ mentis nunq; fuit indulgentias, facultates, priuilegia, prærogatiuas, & indulta prædicta reuocare, ne ex dubitatione huius-modi Christifideles ad tam laudabile & pium opus tepidiores reddantur, motu proprio & ex certa scientia nostra indulgen tias etiam plenarias facultates, priuilegia, prorogatiuas, & in-dulta, prædicta per Iulium, Leonem, Adrianum, & Clemen-tem, prædecessores præfatos fabricæ, & Collegio præfatis con cessas, & concessa, cum omnibus & singulis decretis & clau sulis in singulis literis desuper tam sub plumbo, q; in forma bre uis confectis, quarum tenores ac si de uerbo ad uerbum nil pe nitus omisso inserti forent, præsentibus haberi uolumus pro ex pressis, aduersus reuocationes, & suspensiones huiusmodi in pristinum, & eum robur et statum in quibus ante easdem re uocationes quomodolibet erant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium plenariæ restituimus, reponimus, & reintegra-mus, ac plenarie restitutas, repositas & reintegratas, existere decernimus, illasq; prout per dictos prædecessores concessæ

Cõfirmatio priuilegiorum.

sunt, in omnibus & per omnia, quatenus opus sit de nouo concedimus, & nihilominus omnes & singulos fabricæ prædictæ Commissarios cuiuscunq; dignitatis etiam Episcopalis, status, gradus, ordinis, uel conditionis existant, hactenus quomodolibet per Collegium dictæ fabricæ deputatos, necnon omnes commissiones & facultates eis concessas, & factas reuocantes, eosq; ab huiusmodi cōmissionibus absoluentes. Collegio præfatis & quibusuis ab eis ad hoc deputatis, alios Cōmissarios idoneos qui ecclesias quæ pro consequendis huiusmodi indulgētijs uisitari debeant declarare, necnon super publicatione ipsarum indulgentiarum inquirere & procedere, ac falsos questores, Commissarios & procuratores, debite punire, necnon quibuscunq; Regibus, Ducibus, Principibus, & quibusuis alijs, tam secularibus q̃ ecclesiasticis personis, cuiuscunq; gradus, praeeminentiæ, & conditionis existentibus, in quorum dominijs, territorijs, districtibus, & locis aliquæ ecclesiæ sint, quas ipsi ex eleemosinis ex dictis indulgentijs colligendis reparari cupiunt, cum dum capiti subuenitur membra derelinquenda non sint, eam partem dictarum eleemosinarum, de qua cum dictis Regibus, Ducibus, Principibus, & alijs personis præfatis conuenient, ad dictum effectum dare & assignare. Ac super bonis in direptione impia ipsius urbis subtractis si personæ quibus restitui deberent omnino ignorantur, ad usum dictæ fabricæ componere, & ut illa detinentes, si debitam diligentiā pro inueniendo ipsorum bonorum domino fecerint & ipsum inuenire non potuerint, soluta ea pecuniarū quantitate de qua eisdem commissarijs uidebitur ad illorum restitutionem aliter non teneantur concedere, libere & licite ualeant deputandi facultates & potestates præfatas, in se etiam retinendi, ac omnia et

Reuocatio oīum Cōmissar. Fab.

Facultas Collegij Commiss.

Facultas dandi piē elemosinarū puenienda ex indulgētijs Regibus et quibusuis alijs psonis p reparatiōe Eccles.

Computatio sup bonis in direptione Vrbis.

singula in singulis literis singulorum prædecessorum, et nostris huiusmodi contenta faciendi, procurandi, exercendi, ordinandi, & exequendi, dũmodo Commissarij ad hoc deputandi, personæ sint ecclesiasticæ, & speciales, super hoc a dicto Collegio literas habeant plenam & liberam facultatem concedimus, per præsentes. Non obstantibus præmissis ac literis Clementis prædecessoris huiusmodi bona Fabricæ ad alios usus applicari non posse disponentibus, quibus quoad hoc specialiter & expresse derogamus, ac alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis quæ in singulis literis prædictis cõcessum fuit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq; Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca ad quæ expediens fuerit deferre, uolumus & dicta auctoritate decernimus, quod earum transumptis Secretarij Collegij, prædicti, uel alicuius notarij publici manu subscriptis et ipsorũ Collegij uel delegandorum, aut subdelegandorũ ab eis, uel alicuius prælati, uel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, sigillo munitis ea prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus nostris literis adhiberetur si essent exhibitæ uel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrum sub annulo Piscatoris. Die XVI. Feb. Millesimo Quingentesimo Trigesimo quinto. Pontifi. Nostri Anno Primo. *Blosius.*

Derogatio obstãtiarum.

1535.

BVLLA ERECTIONIS ET INSTITVtionis Confraternitatis, seu Societatis sub inuocatione Principis Apostolorum de Vrbe, per S. D. N. D. Paulum diuina prouidentia Papã III. in fauorem Fabricæ Basilicæ ipsius Apostolorum Principis erectæ, & institutæ, multimodisq; gratijs, & priuilegijs decoratæ.

2

PAulus Epūs seruus seruorū Dei. Ad perpetuā rei memoriam. Si cunctarum in toto orbe terrarum sitarū Ecclesiarum, incumbente nobis Apostolicæ solicitudinis studio, curam habere tenemur, Ecclesiarum Almæ Vrbis, & præsertim uenerandæ sanctæq; Basilicæ beati Petri Apostolorum Principis clauigeri cœlestis, per quem ad nos susceptæ administrationis, auctoritatis, & potestatis ecclesiasticæ plenitudo, ac Apostolatus successio (domino Iesu Christo Saluatore nostro disponente) peruenit: tanto accuratius curam nos gerere conuenit, quanto eā assidue præoculis habemus, & in ipsa Dominicæ passionis rara, & præclara memorialia ferrum lanceæ, quod sacratissimū præfati Saluatoris nostri latus aperuit, & sanctissimum Sudarium, quod nobis suæ passionis asperitatem repræsentat, conseruantur. Proinde nos, qui etiam dum in minoribus dignitatum gradibus constituti essemus, ac sumptuosæ per fe. re. Iuliū Papam II. prædecessorem nostrum inceptā Fabricam præfatæ Basilicæ, quæ ex causis, præsertim supradictis, ueluti Sol claritate cætera cœlorū sydera, oēs mundi Ecclesias præcellere debet perfectā uidere, et post nostrā ad summi apostolatus officij assūptionē relinquere desiderauimus, & desideramus. Ac propterea Christianos Reges, & Principes inflammare toto nixu exquirimus, considerantes Fabricam prædictam, opere a Deo præclaro, & sumptuoso inceptam fuisse, ut licet magna pecuniæ uis in ea exposita fuerit, tamen in illa adhuc parum perfectum uideatur, uerendumq; sit ne, quod iam factum est, nisi continuatis ædificijs, & structuris, confirmetur: potius ruat, q̄ quod formam Ecclesiæ præstet, ipsamq; fabricam absq; pijs, & largis fidelium erogationibus ad optatum finem perduci nō posse

posse, ac summopere cupiamus eidem fabricæ, breui temporũ curriculo, omnium fidelium adminiculo, finem imponere, & illi pia fidelium eorundem auxilia impartiri, fideles ipsos ad tam pium & laudabile opus cœlestis thesauri præmijs, & alijs spiritualibus donis, & gratijs duximus inuitandos. Omnia & singula priuilegia, immunitates, facultates, indulgentias, & peccatorum remissiones, etiam plenarias concessiones, prærogatiuas, gratias, literas, & indulta dictæ Fabricæ, necnon Christifidelibus illi manus adiutrices porrigentibus, tam ab eodem Iulio, q̃; a piæ memoriæ Leone X. Adriano VI. Clemente VII. etiam prædecessoribus nostris, q̃; à nobis per quascũq; apostolicas, tam sub plumbo, q̃; in forma Breuis confectas literas, sub quibuscunq; tenoribus & formis concessa, quarum tenores & formas, ac si de uerbo ad uerbum inserti forent præsentibus haberi uolumus pro expressis: Motu proprio, & ex certa scientia approbantes, & confirmantes illaq; innouantes.

Confirmatio facultatum.

Innouatio.

Et nihilominus ut ipsi fideles huiusmodi fabricæ curam habeãt eo magis intensam & solicitam, quo ipsa cura ex officij quodã modo debito eis incumbere uideatur, adq; honorem, & decus ipsius Principis Apostolorum, & totius cœlestis curiæ, tam in ipsa Vrbe in eadem Basilica, q̃; in singulis ciuitatibus, castris, oppidis, terris, & locis per dictum orbem consistentibus, & illorum matricibus, seu alijs ad hoc designãdis Ecclesijs, unam confraternitatem, seu societatem utriusq; sexus Christifideliũ, tam ecclesiasticorum, etiam religiosorum, q̃; secularium cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, nobilitatis, & excellentiæ existentium, sub inuocatione ipsius Principis Apostolorum. Quam omnes & singuli pro tempore ingredientes, et in ea describendi, in eorum ingressu,

Erectio confraternitatis in basilica et alijs locis & ecclesijs designandis.

& descriptione tantum, quantum Commissarys, ad hoc deputandis, uidebitur in opus fabricæ huiusmodi conuertendum realiter, & cum effectu persoluant, & persoluere teneantur

Descriptio confratrum.

Motu & scientia prædictis Apostolica auctoritate erigimus instituimus & ordinamus. Ac in ea nos primo, deinde charissimos in Christo filios nostros Carolum Roman. Imperatorem semper Augustum, & Franciscum Francorum Regem Christianissimum, ac quoscunq; alios catholicos Reges, & Principes, necnon omnes & singulos dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Duces, Marchiones, Comites, & quosuis alios temporales dominos, ac uenerabiles fratres Primates, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios ecclesiasticos Prælatos, necnon cunctarum ipsius Vrbis, & orbis Ecclesiarum Canonicos, ac quascunq; alias personas, tam seculares, q̃ ecclesiasticas, etiam cuiusuis ordinis regulares, cuiuscunq; dignitatis, gradus, status, ordinis, & conditionis fuerint, ac quoscunq; Romanæ Curiæ officiales nunc, & pro tempore existẽtes, qui ex eorum bonis fabricam prædictam (ut præfertur) iuuerint, describimus & annotamus. Necnon ipsis omnibus, & singulis confraternitatem huiusmodi, infra triennium a die publicationis præsentium computandum ingredientibus, et pro Fabrica Basilicæ huiusmodi de bonis, eis a Deo collatis, iuxta discretionem, seu prouidam ordinationem Commissariorum, desuper a nobis pro tempore deputatorum, & ab eis subdelegandorum, super hoc faciendam, manus adiutrices porrigentibus, tam ipsis, q̃ animabus defunctorum, quæ in charitate Dei decesserint, & pro quibus præmissa adimpleuerint, ut omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, etiã plenarias, Christifidelibus dictæ Fabricæ manus adiutrices

Indulgentiæ pro confratribus.

Indulgentiæ pro animabus defunctorũ per modũ suffragij.

porrigentibus, per Iulium, Leonem, Adrianum, & Clementem *prædecessores præfatos, ac per nos in genere, uel in specie concessas, & quæ uisitantibus* Anno Iubilei *quasdam* Ecclesias *ad hoc deputatas concedi consueuerunt, quæ animabus ipsis per modum suffragij pro pœnarum relaxatione suffragari ualeant, Necnon uere pœnitentibus, et confessis, pro tempore decedentibus, in eorum mortis articulo, plenariã omnium peccatorum suorum indulgentiam, ac remissionem consequantur & consequi. Ipsiq; omnes & singuli confraternitatis huiusmodi utriusq; sexus confratres, pro tempore existentes, omnibus & singulis priuilegijs, immũnitatibus, concessionibus, & indultis, eidem fabricæ manus adiutrices porrigentibus, per eosdem prædecessores, ac per nos quomodolibet concessis, uti, potiri, & gaudere libere, & licite ualeant, Ac omnibus & singulis suffragijs, precibus, elemosinis, ieiunijs, orationibus, missis, horis canonicis, disciplinis, peregrinationibus, et cæteris omnibus spiritualibus bonis, quæ fiunt, & fieri poterunt in uniuersali sacrosancta* Ecclesia *militante, ac omnibus membris eiusdem, participes in perpetuum fiant. Ac etiam ex nunc & finitis tribus annis prædictis,* Presbyterum *idoneum secularem, uel cuiusuis ordinis religiosum eligere possint confessorem, qui eorum confessionibus diligenter auditis, pro cõmissis, per eos, excessibus, criminibus, & delictis quantũcunq; grauibus, etiam omissionibus horarum canonicarum, simoniæ labe, ac a censuris & pœnis a iure uel ab homine, quauis occasione, uel causa etiã in casibus* Sedi *apostolicæ reseruatis (exceptis contentis in literis in die cœnæ* Domini *consuetis) semel in uita, & in alijs dictæ* Sedi *non reseruatis casibus totiés quotiens id petierint, eis de absolutionis beneficio prouidere,*

> Indulgẽtiæ anni Iubilei.
>
> Indulg. plenaria i articulo mortis
>
> Participatio priuilegiorum.
>
> Participatio bonorũ spũalium.
>
> Electio Cõfesso.
>
> Facultates confessoris.
>
> Omissio horarũ canonicarum.
>
> Casus reseruati.

Plenaria remissio semel in vita & in mortis articulo.

necnon omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, similiter semel in uita, & in mortis articulo, plenariam remissionem ipsis, in sinceritate fidei, unitate S. R. E. ac obedientia, & deuotione nostra, ac successorum Roman. Pontificum canonicæ intrantium persistentibus impendere, & pœnitentiam salutarem iniungere. Ac emissa per eos uota quæcunq; (ultramarino, uisitationis liminum eorundem beatorum Apostolorũ Petri et Pauli, & sancti Iacobi in Compostella, necnon religionis, & castitatis uotis dumtaxat exceptis) in opus Fabricæ huiusmodi commutare ualeant, ita φ si imminente infirmitate, propter periculum mortis absoluantur, & demum mortis periculum euaserint, semper plenaria remissio huiusmodi eis ad uerum mortis articulum reseruetur, etiam si id multotiens occurrerit. Et si forsan contingat Confratres prædictos sine confessione decedere, dummodo aliqua signa contritionis ante obitum eorum in eis apparuerint, etiam plenariam remissionem, & absolutionem huiusmodi consequantur, quæ etiam ad peccata, quæ alias alijs Sacerdotibus integre confessi fuerant, extendantur, sic tamen, φ idem Confessor de eis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam confitenti, si superuixerit, uel per hæredes suos, si forte tunc transierit, faciendam, iniungat: quam ipsi ue' illi (ut præfertur) facere teneantur. Quodq; huiusmodi indulto eligendi cõfessorem, quorumuis etiam mendicantium ordinum personæ utriusq; sexus, etiam nulla superiorum suorum ad id petita licentia, ac remissionem & indulgentiam, & spiritualia munera semel in uita, & in mortis articulo consequi, & obtinere. Ipsiq; & quiuis alij, qui illa adipiscentur, postquam ea semel adepti fuerint, rursus & pluries, quotiens eis placuerit, for-

Commutatio votorum. Vota excepta.

Reseruatio indulgẽtiæ ad mortis articulum.

Plenaria remissio pro decedẽ. sine confessione.

Extensio remissionis ad peccata narrata alijs sacerdotibus,

Omnes personæ quorũuis ordinũ et mendicãtium nulla petita superiorum licẽtia possunt uti ĩdulto eligendi confessorẽ et obtinere remissionẽ semel in vita & in mortis articulo.

Reiteratio.

ma præsentium seruata, illa consequi. Eorumq; loco ecclesiastico interdicto, quauis etiā Apostolica auctoritate supposito, pro tempore decedentium cadauera, etiam cum pompa funebri, moderata tamen, ecclesiasticæ sepulturæ tradi possint. Ipsiq; confratres, in quibuscunq; locis, interdicto huiusmodi ordinaria auctoritate suppositis, missas, & alia diuina officia, non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis, audire, illisq; interesse, dūmodo ipsi & decedētes præfati causam interdicto non dederint, & id in eos specialiter non emanauerit. Et præfatus confessor, iuramēta quæcunq;, per eos respectiue pro tempore præstita, sine alicuius iuris præiudicio, relaxare ualeat. Liceatq; eis quo aduixerint & eorū cuilibet, quotiens infirmitate corporis grauabuntur duntaxat, in eorum domibus, in loco honesto, & ad id conuenienti, missam, per quemcunq; presbyterum secularem, uel regularē, quo aduixerint etiam pro tempore eligendum, celebrari, & ecclesiastica sacramenta sibi ministrare facere. Necnon quadragesimalibus & alijs anni temporibus, quibus esus carnium, & lacticiniorum quomodolibet est prohibitus, saltem de corporalis medici consilio ouis, caseo, butiro, lacte, & alijs lacticinijs, ac urgente necessitate, etiam carnibus uesci. Necnon Monasteria quarumcunq; mulierum, etiam sanctæ Claræ ordinum, cum quatuor alijs honestis mulieribus quater in anno ingredi, ac cum eis honeste conuersari; dūmodo ibidem non pernoctent, libere & licite possint, indulgemus. Et nihilominus massæ prouentuum fabricæ eiusdem quocunq; legati, & alias, quomodolibet etiam hæreditatis titulo, & pro male ablatorum restitutione relicta hactenus, & quæ legari, uel relinqui continget in futurum in quibuscunq; testamentis, donationibus, etiam causa mortis co-

Sepultura cū pōpa ꝑ decedētibus in loco īterdicto.

Diuina officia ī loco interdicto.

Relaxatio iuramentorum.

Missæ et ecclesiastica sacramenta pro infirmis.

Lacticinia et carnes tēporibus ꝓhibitis.

Indultū ingrediēdi monasteria monialium.

Applicatio relictorum pro restitutione male ablatorū & aliorum.

dicillis, & alijs ultimis uoluntatibus, per quoscunq; & ubicuq; ac in quibusuis regionibus, prouincijs, regnis, dominijs, & locis pro tempore facta, & quæ interim fient quibuscunq;, si in certis Ecclesijs, & pijs locis, ac personis similiter incertis, uel absentibus taliter, quod propter eorum absentiam, merito de his memoria haberi non possit, relinquantur, ac etiam ea, quæ alias restitutioni subiacerent, sed in eis, uel ad ea, quibus illa fieri deberet restitutio, seu repetitio non competit, necnon quæcunq; in testamentis, donationibus, codicillis, & alijs ultimis uoluntatibus relicta fuerunt, auctoritate, & tenore prædictis applicamus. Et ne Christifideles, propter alias indulgentias, in hoc sancto opere tardiores existant, omnes similes, aut dissimiles indulgentias, & facultates ab ipsis prædecessoribus nostris, necnon a nobis, & sede prædicta, seu eius auctoritate quibuscunque Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, aut pijs locis, Ministratibus, Confraternitatibus, & singulis personis plenarias, temporales, & perpetuas, in uita, uel mortis articulo, necnon facultates super præmissis absoluendi, & dispensandi quibusuis personis, etiam S. R. E. Cardinalibus & de latere Legatis, seu apostolicæ Sedis Nuncijs, etiam cum potestate Legati de latere in Regnis et Dominijs prædictis concessas, pro huiusmodi opere dumtaxat ad tempus triennij suspendimus, & illas, etiam si clausulas aliquas contra futuram earũ suspensionem in se contineant, quarum tenores & formas, ac si de uerbo ad uerbum insererentur præsentibus haberi uolumus pro expressis, nemini interim ullatenus suffragentur: ac sub excõmunicationis latæ sententiæ pœna (huiusmodi indulgentia durante) publicari, ac prædicari, ac earum prætextu quęuis pia suffragia postulari nõ posse. Ac licere omnibus Epi

Applicatio incertorum.

Suspensio omniũ aliarũ indulgentiarũ et facultat. et dispensandi.

scopis, ac superioribus, cæterisq; personis ecclesiasticis, etiam religiosis inferioribus ab eisdem, sine ipsorum Episcoporũ, & aliorum superiorum licentia, etiam si prælaturæ fungantur officio, capituli, collegij, siue conuentus sui ad id tamen accedente consensu, a Commissarijs nostris onus executionis, & publicationis præsentium, & in eis contentorum suscipere, illaq; exequi prædicare eosq;, quandiu Cõmissariatus, seu prædicatoris, aut aliud officiũ fabricæ huiusmodi exercuerint, fructus redditus & prouentus Ecclesiarũ, Monasteriorum, aliorumq; beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet cum cura, & sine cura, etiam si Canonicatus, & præbenda, dignitates, etiã maiores post pontificales, seu principales, personatus, administrationes, uel officia etiam curata, & electiua in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, uel collegiatis Ecclesijs fuerint, quæ interim in quibusuis Ecclesijs, seu locis obtinuerint cum ea integritate (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesijs, siue locis personaliter residerent, libere percipere posse: & ad residendum in eisdem minime teneri, nec ad id a quoquã inuiti compelli posse decernimus. Ac Commissarios prædictos, & eorum subrogatos, quos, necnon bona illorum, durante eorum officio, ab omni iurisdictione ordinaria, dicto durante triennio eximimus, et totaliter liberamus, coramq; alio, q; coram Cõmissarijs per nos (ut præfertur) deputandis respectiue, in quibusuis eorum causis, & negocijs, tam ciuilibus, q; criminalibus conueniri, ac ordinarij, & eorum officiales, etiam ratione domicilij, delicti, uel contractus, aut rei, de qua ageretur, ubicunq; domicilium habuerint cõmittatur delictum, & iniatur contractus, seu res ipsa consistat in eos, & familiares, seruitores, aut bona eorum

Licet qbusuis psonis sine licẽtia suorũ superiorũ suscipe onus exequutiõis et publicationis pñtium.

Deseruientes Fabricæ percipiunt fructus beneficiorum.

Deseruientes Fabricæ non teneñtur residere.

Exemptio a iurisdictione.

urisdictionem, superioritatem, dominium, & potestatem exercere, aut in eos excōicationis, suspensionis, uel interdicti, seu quasuis alias ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas promulgare non posse: necnon omnes, & singulos processus, sententias, censuras, & pœnas quos, & quas per ordinarios uicarios, & officiales prædictos contra eos, eorumq; promotores huiusmodi haberi, & promulgari contigerit, irrita, et inania nulliusq; roboris, uel momenti existere decernimus. Et insuper generali, uel generalibus Commissarijs, ad hoc per nos pro tempore deputatis, per se uel alium seu alios, quibus uices suas super præmissis duxerint committendas, idoneos uerbi Dei prædicatores clericos seculares, seu cuiusuis ordinis, etiā medicantium, & obseruantiæ regulares, religiosos, Deum timentes, & huic negotio Fabricæ prædictæ affectos, necnon de quo eis uidebitur assumendi, & deputandi, & assumptos amouendi, & alios eorum loco, quotiens eis uidebitur, subrogandi, eisq;, & cuilibet eorum in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub excōmunicationis latæ sententiæ pœna, etiam nulla super eorundem pro tempore electorum licentia requisita, iniurgendi, ut concessionem huiusmodi indulgentiarum, & facultatem eligendi confessorem, cæteraq; in præsentibus contenta, in quibusuis regionibus, prouincijs, regnis, dominijs, & locis, dum, & quotiens eisdem Cōmissarijs, & Nuncijs ab eis substituendis placebit, populis fideliter publicent, prædicēt & declarent, ac eos ad contribuendum huiusmodi sancto operi inducant, & exhortentur. Necnon super male ablatis incertis, & per usurariam prauitatem quæsitis, etiam certis, quæ fœnerator ab alio fœneratore extorserit, & ipse requisitus ab eo, cui usuræ restitui deberent, eas illi restituere paratus non fuerit,

Facultas deputādi pdicatores cu iusuis ordinis nulla superiorū rēq sita licentia.

Facultas pcipiendi pdicatoribus.

Facultas compoānēdi super male ablatis.

Sup acquisitis p usuram.

fuerit, uel alicui priuatæ Ecclesiæ, *in quibus præfata* Ro. Ec-*clesia de iure cõmuni succedere posset, & etiam bonis, quæ ad aliquorum manus peruenerint, & illa habentes, quibus restitui debeant, ignorent, uel dubitent, quãquam male ablata per eos non existant: sed alias ad eos illa peruenerint, & super debitis incertis personis componendi, ita ut soluta aliqua quantitate pro hoc sancto, & pio opere, a reliquorum male ablatorum incertorum, uel usurariorum prauitatum extortorum, seu quæ ad eos alias peruenerint, & cui ea restitui debeant, ignorant, uel dubitant, ut præfertur, a restitutione absoluti existant, & aliquid ultra restituere minime teneãtur, nec ad id per locorum ordinarios, aut quosuis alios cogi, seu compelli possint eis concedendi*. *Simoniæ labe in ordinibus uel beneficijs pollutos, ad ipsam fabricam contribuentes, a simonia huiusmodi*. *Et quoscunq; qui ante ætatem legitimam ad sacros etiam presbyteratus ordines, absq;* Apostolica *dispensatione se promoueri fecerint, & in susceptis ordinibus etiam ministrauerint, a censuris, & pœnis ecclesiasticis, quas propter ea incurrerint, absoluendi: & super irregularitate, si quam censuris & pœnis eisdem ligati, missas & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, aut illis se immiscendo, seu alias quomodolibet (præterquã ratione homicidij uoluntarij, & bigamiæ contraxerint) ita ut promoti ante ætatem legitimam, ab exercitio ordinum donec ad eam peruenerint, abstineant, dispensandi, omnemq; inhabilitatis & infamiæ maculam, exinde prouenientem, abolendi: & ut in susceptis ordinibus ministrare, & sic quæsita beneficia ecclesiastica, quæ tunc de nouo eis collata censeantur, & ex eis perceptos fructus, & alia canonice assequenda, retinere ualeant*

Facultas cõponẽdi super bonis spectan̄ alicui priuatæ Ecclesiæ.

Facul. cõponẽ. super debitis incertis.

De Simonia.

De promotis ante ætatem.

De irregularitate.

Facul. cōponēdi. sup qbusuis bonis uel fructibus ex quauis alia cā male pceptis.

eis similiter concedendi in foro conscientiæ dūtaxat. Et super illis, ac quibusuis alijs, etiam ex quauis alia causa male percẽptis, pari modo, prout supra, male ablatis incertis, uel per usurariam prauitatem quæsitis (ut præmissum est) componendi.

De matrimonijs. Simplici uel multiplici gradu.

Et quoscunq;, qui, ex illicita proueniente affinitate, seu consanguinitate, ac cognatione carnali, spirituali, simplici, aut multiplici gradu, seu alias quomodolibet coniuncti, matrimonium inuicem scienter uel ignoranter in quouis, præterq; in primo, & in secundo consanguinitatis, & affinitatis transuersalis cuiuscunq; ascendentis, uel descendentis lineæ gradibus, præterq; si, quoad cognationem spiritualem inter leuatum, & leuantem agatur, contraxerint, etiam si illud carnali copula consumaruerint, si impedimentum ipsum in iudicium deductū non fuerit, uel ex eo scandalum generari non possit, ab excessu huiusmodi, necnon excōmunicationis sententia, quā propterea incurrerint, iniuncta inde eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, quæ ad opus fabricæ huiusmodi dirigatur, & φ de cætero talia non committent, nec ea cōmittentibus præstabunt auxilium, consilium, uel fauorem, & alijs quæ de iure fuerint iniungenda, absoluendi, & ut in sic contractis matrimonijs remanere, seu secrete matrimoniū de nouo contrahere, et in illo sic cōtracto similiter remanere libere & licite ualeāt: prolē ex hmōi matrimonio susceptam, si qua sit, et suscipiendā legitimā decernēdo, et dispensandi, similiter in foro consciētiæ dūtaxat.

Facul. inhibeñ. prædicat. aliaꝝ indulgentiaꝝ.

Necnon alias indulgentias per nos (ut præfertur) suspensas prædicare, & publicare, aut illis quomodolibet uti uolentibus ne illas publicent, & prædicent, aut eis utantur, dicta suspēsione durante, sub pœnis, sententijs, & censuris ecclesiasticis inhibendi, & ad id etiam alias compellendi: & tam ipsos, si

inhibitionibus huiusmodi non paruerint, quam generaliter contradictores quoslibet & rebelles, ac etiam ab eis pro tempore subrogatos Commissarios & Deputatos ad ueram, per eos de receptis rationem reddendam, & debitam satisfactionem impendendam, & executores testamentorum, ac testatorum hæredes, necnon tabelliones exinde rogatos, ac alias personas quascunque, pœnes quas testamenta & codicilla, aut aliæ ad id pertinentes scripturæ existant, ad illa eis exhibendum per censuram ecclesiasticam, & alia opportuna iuris remedia, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij secularis, compescendo. Et generaliter omnia & singula in literis Iulij, Leonis, Adriani, & Clementis, prædecessorum prædictorum, pro eadem Fabrica concessis, & quæ quondam Franciscus Zeno ordinis fratrum Minorum regularis obseruantiæ, dum uiueret dictæ fabricæ Vicarius generalis, facere poterat, & alias in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi & exequendi, plenam & liberam, auctoritate Apostolica tenore præsentium, facultatem concedimus, & impartimur. Et ut præmissum fabricæ opus uotiuum liberius sortiatur effectum, omnibus & singulis cuiuscunque status, gradus, ordinis, uel conditionis existant districtæ præcipiendo sub excomunicationis latæ sententiæ pœna, a qua ab alio, quam a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint, inhibemus, ne præsentium effectum quoquo modo, palam, publice uel occulte perturbare, seu alias illum perturbantibus, uel perturbare uolentibus auxilium, consilium, uel fauorem præstare in præmissis: & obuentionibus colligendis, etiam aliqua etiam minima illorum parte, aut fraudem, uel dolum committere, seu ex obuentionibus, & pecunijs prædictis, quas in opus

Facultas cogen. contradictores.
Facultas cogen. cōmiss. ad redendum rōnem.
Facultas cogen. executores testamentorum hæredes & tabelliones ac alias personas.

Facul. exequen. oīa cōtēta in literis Iulij, Leonis, Adriani et Cle.

Excōio cōtra perturbantes vel præstātes auxiliū etc
Reseru. excōis.

Cōtra cōmittētes dolū uel fraudē.
Decretum quod oēs pecūie ex pdictis

Conuertātur ad opus fabricæ & nō ad alios vsus.

fabricæ huiusmodi, & non in alios usus, sub excommunicatio- nis latæ sententiæ, pœna conuerti debere decernimus, quicq̃ usurpare, etiam si eis sponte daretur, uel offerretur: neue pro ponentes huic fabricæ subuenire, uel alias quomodolibet ad hoc sanctum Fabricæ opus aliqua auxilia præstare, ab huiusmodi eorum proposito in toto, uel in parte, directe, uel indirecte re trahere quoquo modo præsumant: reseruatis tamen eisdem. Cō missarijs, & alijs officialibus, ad colligendum obuentiones, et pecunias huiusmodi deputatis pro tēpore salarijs cōpetentibus & honestis, pro seipsis, & prædicantibus, aut publicantibus præsentes literas, & alias circa incrementum prouentuum hu iusmodi, juxta eorum ordinationem, se quomodolibet exercen tibus, quæ licite recipere, & libere solui possint, Decernētes.

Reseruatio salariorum.

Subdeputati fungātur eadē auctē qua vtuntur Cōmissarij.

Subdeputatos ab eis, quibus dicti Cōmissarij uices suas commi- serint, pari ipsis, qui eos subdeputauerint, etiam quo ad dispē sandum, & absoluendum in omnibus & singulis prædictis ca sibus, facultate & auctoritate fungi. Et si loca, ad quæ aliquē ex Commissarijs, uel deputandis ab eis, uel illis quos ipsi sub- delegati præsentium uigore deputauerint (ut præfertur) pro earundem præsentium publicatione accedere cōtigerit, quauis auctoritate apposito subiaceant interdicto: interdictum huiusmo di pro die eorum inibi ingressus, & octo immediate sequenti- bus diebus, eo ipso suspensum esse & censeri. Necnon si for san super executione, & præsentium literarum concessione, ac illarum clausulis, & uerbis aliqua dubia quomodolibet oriā- tur, dictorum Commissariorum declarationi, & interpreta- tioni, quotiens opus fuerit, stari debere. Ac easdem præsen- tes, sub quibuscūq; suspensionibus, & reuocationibus per nos aut successores nostros Romañ. Pont. pro tempore factis, sub

Suspēsio interdicti ī die īgressus Cōmiss. et p octo alios dies.

Stetur declaratio ni Cōmiss. super dubijs.

Quod pñtes non comprehēdantur sub aliqbus reuo cationibus.

quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, efficacioribus, & insolitis, etiam ex quibusuis causis: etiam pro tuitione fidei Christianæ aut alias quantuincunq; maximis, etiam urgentissimis, etiam Motu & scientia similibus, & alias quomodolibet pro tempore factis, nullatenus comprehendi debere: sed semper ab illis exceptas fore, & censeri, ac illis non obstantibus, ipsas præsentes literas ĩ suis plenis robore, et efficacia remanere, sicq; in præmissis omnibus censeri debere, sublata quauis aliter interpretandi facultate. Necnon præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eãdem prorsus fidem, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si exhiberentur, adhibendam fore. Quo circa uniuersis & singulis uenerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs personis in dignitate ecclesiastica constitutis, necnon Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum Canonicis, necnon eorundem Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporũ Vicarijs in spiritualibus generalibus, per Apostolica scripta, mandamus, quatenus ipsi, uel duo, aut unus eorum per se uel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunq;, ubi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Cõmissariorum, & Confratrum prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solẽniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos literæ ipsæ concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per

Decretũ irritãt.

De transumptis.

Assistentia.

quoscunq; , contra earundem præsentium literarum tenorem, quomodolibet molestari, uel impediri. Contradictores quoslibet & rebelles, per censuras et pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, appellatione postposita compescendo. Nos enim eisdem executoribus quoscũq; quorum intererit, etiam per edicta publica locis publicis, de quibus sit uerisimilis coniectura, quod ad eorum notitiam peruenire ualeat, affigenda, constito tamen summarie de non tuto accessu, citandi, ac quibus, et quotiens opus fuerit simili edicto, ac sub eisdem censuris, & pœnis inhibendi: necnon legitimis super his habendis seruatis processibus censuras & pœnas ipsas, etiam iteratis uicibus aggrauandi, & auxilium brachij seculáris si opus fuerit, inuocandi plenam & liberam, tenore præsentium, concedimus facultatem, Non obstantibus recolendæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui similiter prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam ciuitatem, uel diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam die tam a fine suæ diocesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices a sede prædicta deputati extra ciuitatem uel diocesim, in quibus deputati fuerint contra quoscunq; procedere, aut alij uel alijs uices suas committere præsumant, ac de duabus dietis in concilio generali ædita, & quibusuis alijs apostolicis, necnon in prouincialibus, synodalibus concilijs æditis generalibus, uel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibusuis priuilegijs & indultis apostolicis, etiam quibusuis Metropolitanis, & alijs Cathedralibus Ecclesijs, etiam Regnorum Hispaniarum, & dilectis filijs illorum Capitulis, & quibusuis alijs sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis

Facultas citañ. p edictum.

Inhibendi.

Aggrauandi censuras.

Derogatio:

clausulis: necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu proprio & ex certa scientia, & ex quibusuis causis, & qua uis consideratione, etiam iteratis uicibus concessis, approbatis & innouatis, ac hactenus obseruatis, etiam q̃ quarta pars ob lationum, & elemosinarum, quæ per singulas Ecclesiarum ea rundum dioceses quomodolibet erogatur eisdem Ecclesijs, seu illarum fabricis cedat, seu alias applicata existat, & capitula præfatis quartã partem oblationum huiusmodi, percipere pos sint disponentibus. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumq́; totis tenoribus specialis specifica, expressa, etiam indiuidua mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex quisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de uerbo ad uerbum, nihil penitus omisso, insererentur præ sentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice dumtaxat specialiter et expres se derogamus: Contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus com muniter uel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdi ci, suspendi, uel excommunicari non possint per literas Apo stolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. NVLLI *ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, erectionis, institutionis, ordinationis, descriptio nis, annotationis, indulti, applicationis, suspensionis, uolunta tis, decreti, exemptionis, liberationis, concessionis, inhibitionis, mandati & derogationis infringere, uel ei ausu temerario con traire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatio nem omnipotentis* Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorũ *eius se nouerit incursurum.* Datum Romæ *apud* Sanctũ Mar *cum* Anno *incarnationis* Dominicæ Millesimo Quingentesi

Derogatio et q̃ quarta pars cederet Ecclesijs vel capitulis.

1535.

mo trigesimo quinto, Sexto Idus Augusti. Pontificatus nostri Anno Primo. B. Motta.

BVLLA HISPANIARVM AD S.D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. eiusq; successorum Rom. Pontificum beneplacitum, & ad alias prouincias nuper innouata, & extensa.

PAulus Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Paulo post quã ad summi Apostolatus apicem, diuina fauente clemẽtia, assumpti fueramus: Cupientes ut Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, quæ non sine Christifidelium scandalo, pro magna parte dirupta, & discoperta erat iuxta fabricam, per prædecessores nostros inceptam, ad formã & statum debitum reduceretur, & sperantes id quod proprys facultatibus nõ poteramus, Christifidelium suffragys nos effecturos, dictorũ prædecessorũ in hoc uestigia imitando, ipsos Christifideles ad hmõi fabricam iuuandã pys operibus inuitare decreuimus: utq; ex Christifideliũ hmõi congregatione, seu coadunatione ipsorum zelus magis accenderetur: quod non frustra sperandum uidebatur, dicente ueritate, ubi duo, uel tres in nomine meo congregati fuerint, ibi ego sum. Ad diuini nominis exaltationem tam in dicta Basilica, q; singulis alys ciuitatibus, castris, oppidis, terris & locis per uniuersum orbem consistentibus, & illorum matricibus, seu alys ad hoc designãdis Ecclesys, unam confraternitatẽ, seu utriusque sexus Christifidelium societatem tam secularium, q; ecclesiasticorum cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ nobilitatis

nobilitatis, & excellentiæ existentiam, sub inuocatione dicti Principis Apostolorum ereximus, & ordinauimus. Nosq; primo, deinde charissimos in Christo filios nostros Carolum Romanorum Imperatorem, & Franciscum Francorum Regem, & quoscunq; alios catholicos Reges & Principes, necnon omnes & singulos S. R. E. Cardinales, & ecclesiasticos Prælatos, & totius urbis, et orbis utriusq; sexus, tam ecclesiasticos & seculares, q; cuiusuis ordinis etiam mendicantium & regularis obseruantiæ, & quoscunq; Romanæ Curiæ Officiales nunc, & pro tempore existentes, aliosq; Christifideles cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis essent qui ex eorum bonis fabricam prædictam iuuarent, in ipsa confraternitate, seu societate descripsimus, & annotauimus. Omnibusq; & singulis confraternitatem, seu societatem huiusmodi, infra triennium a die illius publicationis computandum, ingredientes, et pro fabrica Basilicæ huiusmodi, de bonis a Deo sibi collatis, iuxta discretionem, seu prouidam ordinationem Cõmissariorum, desuper a nobis pro tempore deputatorum, seu ab eisdem delegandorum, uel subdeputandorum super hoc faciendam, tam ipsis, q; per modum suffragij animabus defunctorum, quæ in charitate Dei decessissent, & pro quibus præmissa adimpleuissent, ut omnes, & singulas indulgentias, & peccatorũ remissiones etiam plenarias, Christifidelibus dictæ fabricæ manus adiutrices porrigentibus, per felicis recordationis Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. & Clementẽ VII. prædecessores nostros, ac per nos in genere, uel in specie, quomodolibet concessas, & quæ uisitantibus anno Iubilei quasdam Ecclesias ad hoc deputatas, concedi consueuerant. Necnon illis, qui cum cordis contritione, & oris confessione decederẽt,

in eorum mortis articulo, ac alias certo modo, & forma, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiã & remissionem consequerentur. Quodq; omnibus & singulis suffragijs precibus, elemosinis, ieiunijs, orationibus missis, horis canonicis, disciplinis, peregrinationibus, et cæteris omnibus spiritualibus bonis, quæ fiebant, & fieri possent in futurum in uniuersali sacrosancta militante Ecclesia, in perpetuum participes fierent; indulsimus. Ipsósq; confratres quãpluribus alijs spirtualibus donis decorauimus. Et nonnullis Commissarijs nostris, ad hoc deputatis, absoluendi, rehabilitandi, ac alias super certis expressis casibus dispensandi, nonnullasq; alias tunc expressas facultates in fauorem dictæ fabricæ concessimus, prout in nostris desuper confectis literis plenius cõtinetur. Cupientes igitur Christifideles præfatos in auxiliũ tam salutaris operis promptiores, & ardentiores reddere, ut sic feruentiores redditi pium opus huiusmodi suis facultatibus magis adiuuent. Confidentesq; ex animi promptitudine, quã in iuuanda fabrica huiusmodi, in charissimo in Christo filio nostro Carolo Romañ. Imperatore semper Augusto, & Hispaniarum, ac Siciliæ ultra Pharum Rege Catholico, dum simul in ipsa Basilica essemus, & indigentiam dictæ fabricæ specularemur, cognouimus: ipsius Caroli Imperatoris, & Regis subditos, cum boni subditi, & plurimum principis eorum honestis inclinationibus accommodare se soleant, inter cæteros ualde pronos inuenire, tam propterea, q̃ ut primogenito Ecclesiæ, primum locum, ut par est, demus: de ipsius Caroli Imperatoris, & Regis subditorum deuotione ante omnes alios, experientiam facere decreuimus: ipsius itaq; Caroli Imperatoris, & Regis subditis in Hispaniarum, & illis annexis Regnis, Insulis, ac

Plenissima indulgentia p subditis regis Hispaniarũ & alijs annexis Regnis Insulis & dominijs.

dominijs, excepto Regno Siciliæ citra Pharum, existentibus, & ad illa undecunq; uenientibus, uel in eis commorantibus, utriusq; sexus tam secularibus, q; regularibus ordinum quorũ cunq; dictæ confraternitatis confratribus uere pœnitētibus & confessis, seu confitendi statutis a iure temporibus propositum habentibus, & in Hispaniarum, ac Siciliæ regnis, necnon insulis prædictis existentibus: qui in natiuitatis, & resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorũ, uel in tribus alijs festiuitatibus, per Cōmissarium, per nos deputandum, quolibet anno, ex dictis tribus annis designandis & deputandis, aliquas Ecclesias, seu, si ibidem Ecclesiarum copia non fuerit, aliqua altaria iuxta ordinationem per dictum Commissarium seu ab eo deputandum super hoc faciendam, dicto durante triennio, deuote uisitauerint, & in gazophilatijs seu capsis ad hoc, per eundem Commissarium, seu ab eo deputandos, ordinandis pro fabrica Ecclesiæ huiusmodi facienda, uel prosequenda, aliquam piam oblationem, seu pecuniæ quantitatem, iuxta dicti Commissarij, seu ab eo deputandorum ordinationem, & arbitrium, effectualiter posuerint, seu si impediti fuerint, per alios miserint: plenissimam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, necnon oblitorum ueniam & remissionem, ac cum altissimo reconciliationem, ac illam eandem quæ a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, limina eorũdem Apostolorũ & certas urbis Basilicas, ac extra eam, ad id deputatas Ecclesias, quomodolibet sacro Iubilei etiam centesimo anno uisitantibus, ac etiam proficiscentibus ad recuperationem terræ Sanctæ, & sacræ orthodoxæ fidei catholicæ, & dominicæ crucis hostium expugnationem, ac omnes & singulas gratias

Pro concurrentibus.

Cōfitēdi statutis a iure tēporibus ppositũ hñtibus.

Dies indulgētiarũ.

Loca seu altaria Indulgentiarũ.

Elemosina iuxta ordinationē commissarij.

De oblitis.

Indulg. iubilei.
Indulg. pficiscētibus ad recupatione terræ sãctæ

illis concessas, & concedi solitas, Motu proprio, & ex certa

Benedictio apostolica.

scietia nostra, de Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium concedimus, & elargimur: ipsosq; in domino benedicimus. Et ut præfati Christi fideles, ad dictas Ecclesias, uel altaria ad præmissa peragenda confluentes, conscientiæ pacem & animarum salutem, præsentesq; indulgentias, & peccatorum remissiones, Deo propitio, ualeant promereri, purgatisq; eorum cordibus, ac conscientijs, ad illas suscipiendas efficiantur aptiores spiritu gratiæ salutaris: ipsos confratres, in Hispaniarum, & Siciliæ regnis, & insulis prædictis constitutos; cu

Facultates cõcessæ confratribus. Electio confessoris cũ facultatib.

iuscunq; status, gradus, ordinis, cõditionis extiterint, ut presbyterum idoneum secularem, uel cuiusuis etiam mendicantiũ ordinis regularem in suum eligere possint confessorem, qui, ad effectum dictarum indulgentiarũ consequendi, eorundem Christifidelium confessionibus diligenter auditis: eos omnes & singulos, ab omnibus & singulis excõmunicationis, suspensionis & interdicti, alijsq; censuris ecclesiasticis quibuscunq; a iure & canone, uel ab homine qualitercũq; in eos latis & promulgatis: necnon ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus & delictis quantũcunq; grauibus & enormibus, etiam si ipsorum absolutio, per quasuis regulas, aut constitutiones nostras, uel eorundem prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, seu eorum aliquem, aut alio quouis

Casus excepti.

modo, Sedi prædictæ reseruata forent, etiã si talia essent, q̃ in generali concessione minime comprehendi ualerent; præterq̃ occasione conspirationis, seu machinationis in personam Romani Pontificis, aut statum Romanæ Ecclesiæ, occisionis, seu uerberationis Episcoporum, aut aliorum prælatorum, & iniectionis manuum uiolentarum in illos, aut alios prælatos, falsifica

tionis literarum Apostolicarum, aut delationis armorũ, & aliorum prohibitorum ad infidelium partes, atq; sententiarum, et censurarum occasione aluminum Tulphæ nostræ, ac de partibus infidelium ad fideles, contra prohibitiones nostras delatorum, necnon ecclesiasticæ libertatis, ac priuilegiorũ Sedis apostolicæ, etiam ex consuetudine competentium, & aliorum hoc, & executionem literarum, & mandatorũ apostolicorum, etiam in Bulla in die cœnæ domini legi consueta, ac alijs apostolicis constitutionibus cõprehensorum, concernẽtia quomodolibet uiolatorum, incursarum, semel tantum absoluere, & pœnitentiã salutarem iniungere possint & ualeant, plenam & liberam, eisdem scientia: & auctoritate, tenore præsentium, concedimus facultatem. Vtq; animæ corpore solutæ, quæ sibiipsis proficere non ualent, ex aliorum suffragijs aliquod solamen reportent: ipsis animabus in purgatorio existentibus, quæ per charitatem ab hac luce, Christo unitæ, decesserint: & dum uiuerent, ꝙ sibi huiusmodi indulgentia suffragaretur, meruerint: quantum cum Deo possumus succurrere cupientes, de dicta diuina misericordia, & apostolicæ potestatis plenitudine, et Apostolorũ auctoritate confisi, ꝙ si qui parentes & amici, aut cæteri Christifideles in dictis regnis, & insulis constituti pietate commoti, pro ipsis animabus in purgatorio, pro expiatione pœnarum eis secundum diuinam Iustitiam debitarum, detentis durantibus dictis tribus annis, ad opus fabricæ huiusmodi aliquam elemosinam, iuxta dicti Commissarij, seu ab eo deputãdorum prædictorum, uel alicuius eorum ordinationem, in gazophilatijs, seu capsis ad id deputandis, posuerint, aut per alios (ut præfertur) poni fecerint, dicta plenissima indulgẽtia, per modum suffragij, eisdem suffragetur concedimus & indulge-

Semel absoluẽdi

Indulgentia pro suffragijs aĩarũ i purgatorio existentium.

Participatio bonorũ spũalium

Stationes Vrbis.

Esus lacticiniorũ & carnis.

Cõmutatio votorum.

mus. Præfatosq; utriusq; sexus confratres, qui ad præmissum opus fabricæ manus porrexerint adiutrices, ac illorum parentes, defunctos, & benefactores, qui cum charitate Dei decessérint, de similibus auctoritate, & potestatis nostræ plenitudine in omnibus precibus, elemosinis, ieiunijs, orationibus, missis, horis canonicis, disciplinis, peregrinationibus, & cæteris omnibus spiritualibus bonis, quæ fiunt in tota uniuersali sacrosancta militante Ecclesia, ac omnibus membris eiusdem, participes in perpetuum facimus. Quodq; præfati confratres, quadragesimalibus, & alijs temporibus, & diebus stationum Vrbis Romæ, unam, uel duas Ecclesias, aut unum, uel duo altaria uisitando in partibus, in quibus eos residere contigerit, easdem indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, seu consequi possent si dictis diebus & temporibus Basilicas stationum Vrbis Romæ, & extra eam ad id deputatas personaliter uisitarent. Quodq; quadragesimalibus, & alijs temporibus, & diebus, quibus esus ouorum, butiri, & aliorum lacticiniorũ de iure uel consuetudine, aut alias quouismodo prohibitus existit, eisdem ouis, caseo, butiro, & alijs lacticinijs ad eorum libitum: carnibus uero tempore necessitatis tantum, & de utriusq; medici consilio uesci libere & licite possint: per easdem præsentes similiter concedimus. Ipsi Commissario, ut super uotis quibuscunq; (ultramarino, ac religionis, & castitatis dumtaxat exceptis) nisi de illorum, qui uota huiusmodi emiserint, ualetudine merito contigerit dubitari, aut ꝙ propter ætatem, uel infirmitatem, seu consimilem causam persona religioni inhabilis redderetur, aut post uotum, non tamen solẽnizatum, matrimonium contraxissent, in quibus casibus etiam commutationem fieri posse uolumus, cum dispensa-

tione q matrimonij debitum per eum, qui contra huiusmodi uo tum contraxerit, reddi possit, & illo soluto, religionem ingre di minime teneatur, sed propterea ad secunda uota transire nõ possit. Necnon super Simoniæ in ordinibus, uel beneficijs cõ missæ labe pollutis, ad ipsum opus contribuentibus super irre gularitate (si quam censuris huiusmodi ligati) missas, & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium celebrãdo, aut alias diuinis se immiscendo, seu alias quomodolibet etiam beneficia ecclesiastica præmissorum occasione, uel alias indebi te occupando) præterquã ratione bigamiæ contraxerint: & quoad homicidium uoluntarium, si secretum fuerit: tantum, & citra altaris ministerium, quoad alia uero homicidia casua lia, et ad necessariã defensionem cõmissa, etiam ad altaris mi nisterium, nisi operã rei illicite dederint, quo casu a dicto mi nisterio altaris abstineant, quotiens opus fuerit, cum clericis tantum dispensare, eosq; absoluere: omnemq; inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam ex his prouenientem abolere: & ut in susceptis ordinibus ministrare, ac sic quesita beneficia ec clesiastica, quæ ex tunc eis de nouo collata: censeantur, & perceptos ex eis fructus, etiam ratione omissionis horarum ca nonicarum, & diuinorum officiorum, facta aliqua compositione cum eis; Necnon quoscunq;, qui bona Ecclesiarum, Monaste riorum, & ecclesiasticorum beneficiorum quorũlibet habue rint, & ob defectum probationis, ad illorum restitutionẽ com pelli non possent, super restitutione bonorum huiusmodi com petenti recepta portione, uel quantitate, pro eis in fabrica hu iusmodi conuertenda, ab ulteriori eorum restitutione libere ab soluere, & quod illa imposterum retinere possint, concedere. Quodq; idem Commissarius, aut ab eo deputati, quæcũq; legata

Simonia.

Irregularitas.

Homicidium.

Fructus male pæcepti.

Detinentes bona ecclesiastica.

Deficientibus probationibus.

Applic. legatorum pro male ablatis

& alias quomodolibet, etiam hæreditatis titulo pro male ablaterum restitutione, incertis personis aut locis relicta hactenus, & quæ relinqui, ac largiri contigerit in futurum, dicto durante triennio, in quibusuis testamentis, donationibus, causa mortis codicillis, aut alijs ultimis uoluntatibus, per quoscunq;, & ubicunq; infra dicta regna, & insulas factis, & quæ durante

Pro restitutione.

huiusmodi triennio fient. Ac etiam quæ restitutioni (non tamen in fauorem certorum locorum, aut personarum subiacerent.)

Pro redemptione captiuorum.

Et quæcunq; in testamentis, donationibus causa mortis, aut alijs ultimis uoluntatibus, pro redemptione captiuorum, etiam si beatæ Mariæ de mercede, & Sanctæ Trinitatis ordinibus, & Sanctæ Eulaliæ Barchinonen. relicta essent. Ac hæreditates, & bona decedentium ab intestato, legitimum hæredem

Hæreditates decedentium ab intestato.

non habentium, quæ ad fiscum ecclesiasticum deuoluta essent, dictæ fabricæ applicare.

De male promotis

Necnon cum omnibus illis, qui ante legitimam ætatem ad sacros etiam presbyteratus ordines, absq; aliqua dispensatione, per saltum, uel sine titulo, seu sine literis dimissorialibus, se hactenus promoueri fecerint, ut in susceptis ordinibus, etiam si dimisso aliquo ex sacris ordinibus huiusmodi ministrauerint, modo in sacerdotio constituti, diaconatus, et subdiaconatus, & in diaconatus ordinibus constituti, subdiaconatus ordines receperint, etiam in altaris ministerio ministrare.

Arctati in 23.

Et qui arctati fuerint, & uigesimumtertium suæ ætatis annum attigerint, ut ad omnes sacros, etiam presbyteratus ordines se promoueri, facere ualeant; ac etiã cum patientibus

Patientes defectũ natalium ad vnũ.

defectum natalium ex quocunq; damnato coitu, ut ad primam tonsuram, ac omnes sacros etiam presbyteratus ordines promoueri, & unum beneficium ecclesiasticum obtinere. Necnon cum quibuscunq; religiosis professis, & non professis quorum

cunq;

cunq; ordinum, in quacunq; licita facultate, ac cum secularibus clericis, seu presbyteris, qui graduari uoluerint, ut in quacunq; uniuersitate etiam leges audire, eisq; studere, ac in ipsis graduari usq; ad doctoratus gradum inclusiue, similiter ualeant. Et cum eisdem religiosis, qui relicto religionis habitu, per seculum uagantes, apostasiæ notam seu irregularitatem contraxerint, & deinde pœnitentia ducti ad cor redierint, quando inde uerisimiliter scandalum expectari non poterit. Et cum his qui de ordine suo ad alium ordinem parem, uel strictiorem transferri cupient. Necnon cum ipsis, ac etiã quibuscunq; monialibus cuiusuis qualitatis, & ordinis existant, ut de superiorum suorum licentia, & ea durante, monasteria exire, ac cũ parentibus, et alijs personis ecclesiasticis, seu secularibus conuersari. Ac corporalia & alia Ecclesiæ ornamenta, dũmodo per presbyterum primo, uel per eas cum chirotecis abluantur abluere & mundare totiens quotiens opus fuerit, licentiam et facultatem concedere. Quodq; eos qui moniales etiam uelatas, cõmatres, sorores, consanguineas, carnales, dãnabili, & incestuoso coitu cognouerint, aut aliud quodcunq; carnale crimẽ cuiuscunq; qualitatis existat cõmiserint, absoluere. Ac eos qui in quarto, uel tertio & quarto (si tamen ab eodem stipite pendeant, & non alias) affinitatis uel consanguinitatis gradibus inuicem coniuncti, ac quocunq; impedimento publicæ honestatis iustitiæ (præterquã inter leuatum & leuantem) etiam cognatione spirituali detenti, etiam carnali copula subsequuta contraxerint. Ac etiam cum his qui in huiusmodi matrimonijs etiam clandestinis interuenerint, seu præsentes, & consentientes fuerint, a censuris propterea incursis, absoluere, utq; in sic contractis matrimonijs remanere, & cum his qui in ca

Dispensatio stu deñ. et graduãdi

Dispensatio sup apostasia.

Disp. de vno ordie ad aliũ parẽ vel strictiorẽ.

Disp. standi extra monasteria.

Dispeñ. abluẽdi corporalia.

Absolutio a carnali crimine.

Disp in 4 grad.

Disp. in 3. & 4 gradu.

Disp. de publica honestate.

Disp. ĩ cognatione spirituali.

Absolutio p presentib. vel cõsẽntiẽtibus matrimonijs clandestinis.

Dispẽsatio de cõtrahendo.

Decretū q̄ pmissa valeāt i vtroq; foro.

sibus prædictis contrahere uoluerint, ut matrimonium adinuicem contrahere possint, dispensare ualeant. Decernentes insuper, motu & scientia, ac potestatis plenitudine prædictis, omnia & singula, per Commissarium prædictum, aut ab eo deputandos, iuxta tenorem præsentium literarum gerenda cōponenda, determinanda, ut præfertur, in utroq; foro ualere.

Præceptū ordinarijs et alijs ne īpediant publicationem.

Et ne super suspensione aliarum indulgentiarum per nos facta, dicto durante triennio, aliqua oriatur dubietas: Omnibus et singulis uenerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, eorumq; Vicarijs officialibus, secretarijs, & sigilliferis, necnon Abbatibus, Præpositis, Decanis, Canonicis, & capitulis tam Metropolitanarum, & aliarū Cathedralium, ac collegiatarum, q̄; regularium Ecclesiarum, etiam mendicantium ordinum, & quibusuis alijs, etiam cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, cōditionis, aut præeminentiæ existant; utriusq; sexus personis, per totum orbē ubilibet constitutis, in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, ac pecuniaria dicti Cōmissarij arbitrio facti, & personæ qualitate attenta, moderanda, & de facto a contrafacientibus exigenda pœna, districtius inhibemus, ne literarum prædictarum, ac in eisdem contentorum publicationem in eorū ecclesijs, ciuitatibus, diocesibus, ac ubi, & quotiens opus fuerit faciendam, impedire, nec aliquid prætextu publicationis, & prædicationis earundem, petere, recipere, aut exigere. Nec quasuis alias, præterquā in fauorem expeditionis contra infideles, præfato Carolo Imperatori, per nos concessas indulgētias quas per hoc minime suspendimus, dicto triennio durante, in eorum ecclesijs admittere, uel quoquo modo publicare, aut per se, uel eorum Vicarios, seu officiales licentiam, contra teno-

Pœna.

Ne petant aliqd ptextu publicationis

Suspēsio quarūcūq; indulgentiarum pterq̄ pro cruciata.

rem literarum a se, re. Clemente Papa VII. prædecessore nostro, desuper emanatarum faciendi aliquas questas, quibusuis questoribus ordinis cuiuscunq; , uel religionis, aut confraternitatis quorūcunq; locorū, nullis exceptis, uerbo, uel scripto concedere. Quinimmo questores omnes, quos in illorū iurisdictione cōtra dictarum literarum Clementis prædecessoris tenorē questuare repererint, quorum bona, & res (nisi sufficientē, super hoc potestatem, alias ostenderint) dictæ fabricæ applicata esse decernimus, & ad manus dictorum Commissariorum deferri fideliter mandamus, retinere ualeant. Nec modo aliquo audeant, aut præsumant per se uel alium illos, cum quibus præsentium uigore, ab ipso Commissario, uel deputandis ab eo, seu eorum aliquo contigerit dispensari, uel absolui, molestare, uel impedire, aut pœnas aliquas pro casu, in quo dictarum literarum uigore, ac iuxta ipsarum tenorem ad dispensationem, uel absolutionem processum fuerit, exigere. Questoribus uero quibuscunq; sub in dictis a Clemente prædecessore ut præfertur, emanatis cōtentis pœnis inhibemus, ne questas interim modo aliquo facere præsumant. Ac quoscunq; uerbi Dei prædicatores, quorūcunq; etiam mendicantium ordinum & alios clericos seculares requirimus, ut requisiti a præfato Commissario, seu deputandis ab eo, Christifideles ad contribuendum dictæ fabricæ exhortētur. Liceatq; nihilominus Cōmissario præfato, præmissa omnia, & singula, etiam omnibus & singulis prædictis, sub similibus pœnis, totiens quotiēs eis, uel eorum alicui uisum fuerit opportunum, mandare, & iniungere. Ac contradictores quoslibet, & rebelles omnes, etiam per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia, inuocato ad hoc etiam si opus fuerit, auxilio brachij secularis,

De questis.

Bona questorū applicētur fabricæ

Ordinarijs non molestent dispensatos, vel absolutos a Fabrica.

Prohibitio questarum.

Præceptū de exhortando populū ad cōtribuendū.

Facultas Cōmissarij pcipiendi.

Compescendi cōtradictores.

Derogatio. *compescere, & compellere.* Non *obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon priuilegijs, & indultis, etiam marimagno nuncupatis, eisdem ordinibus, illorumq; personis, in genere uel in specie, sub quibuscunque uerborum formis, & clausulis, etiam* Motu proprio, & *ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, forsan concessis, quibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de ipsis eorumq; totis tenoribus, specialis specifica, & indiuidua, ac de uerbo ad uerbum (non autem per clausulas generales idem importantes) mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, illarum tenores pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice dūtaxat specialiter, & expresse, de simili nostra scientia, & potestatis plenitudine, derogamus: illaq; cuiquam nolumus aliquatenus suffragari: cæterisq; contrarijs quibuscunq;.* Verum *quia difficile foret alias & præsentes literas ad singula quæq; loca, ad quæ expediens fuerit, deferre: uolumus etiam & dicta auctoritate decernimus, q; illarum transumptis unius, uel duorum publicorum* Notariorum *manu subscriptis, & ipsius* Cōmissarij, *uel delegan̄ ab eo, aut alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ Sigillo munitis, ea prorsus indubia fides adhibeatur, quæ alijs, & præsentibus nostris literis adhiberetur si exhibitæ uel ostensæ forent p̄ntibus post dictum triēnium minime ualituris.* NVLLI *ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ concessionis, benedictionis, indulti, uoluntatis, decreti, inhibitionis, mandati & derogationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis* Dei *ac beatorum*

De transumptis.

Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo trigesimo septimo. Cal. Iulij. Anno Tertio.

1537.

Fabius Vigil.

L. Sauli.

TRANSVMPTVM BREVIS INHIBItionis contra quoscunq; Questores & Commissarios quarũcunq; Facultatum, & Indulgentiarũ, præterq; Fabricæ Basilicæ S. Petri de Vrbe.

IN Nomine Domini Amen. Nouerint Vniuersi & singuli hoc præsens publicum Transumpti instrumenti instrumentũ, uisuri, lecturi & audituri quod nos Baldus Farratinus Episcopus Lipareñ. uidimus, legimus tenuimus & diligenter inspeximus literas apostolicas Sanctiss. in Christo patris & Domini Nostri D. Pauli Papæ Tertij. In forma breuis more Romanæ Curiæ expeditas, sanas, integras, illesas, non abrasas, & omni uitio & suspitione carentes. Quarum literarum Apostolicarum tenor sequitur, & est talis.

PAVLVS PAPA III.

VNIVERSIS & singulis Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs, locorum ordinarijs, ipsorumq; in spiritualibus Vicarijs Generalibus, Salutem & Apostolicam benedictionem. Alias fe. re. Clemens Papa VII. prædecessor noster cum ex diuersis mundi partibus

quam plures quærelæ ad ipsum perlatæ fuissent. Quod quam plures questores sancti Spiritus in Saxia. Sancti Ioãnis Lateran. & sancti Iacobi pauperũ incurabilium de Vrbe, & aliorum Hospitalium. Necnon S. Sebastiani extra muros Vrbis. Ac S. Antonij Viennen. Cistercien. & S. Augustini ordinum monasteriorum, & mercedis, redemptionis captiuorum nominibus, in diuersis ciuitatibus & diocesibus questas uigore priuilegiorum per Ro. Pont. prædecessores nostros tunc suos, concessorum & per literas suas innouatorum facere, & confratres describere, eisq; confessionalia concedere, ac capellas erigere, illisq; erectis indulgentias, hospitalibus, & monasterijs ac locis eorum concessas communicare, & alia plura etiam cõcedere, ac priuilegijs prædictis etiam circa indulgentias hospitalibus & monasterijs præfatis concessas abuti præsumebant propter quæ Christifideles plurimum scandalizabantur, quærelis prædictis prouidere uolens per quasdam suas literas priuilegia per prædecessores prædictos, ut præfertur, concessa & per eum approbata, ac indulgentias prædictas, & literas apostolicas desuper expeditas apostolica auctoritate ad beneplacitũ suum suspendit. Ac capellas sub inuocatione S. Sebastiani literarum suarum prædictarum uigore cum cõmunicatione indulgentiarum prædictarum erectas penitus suppressit et cassauit. Necnon confessionalia per questores prædictos concessa ad formam quinterni Cancellariæ reduxit, et iuxta illam duntaxat eis suffragari uoluit. Et deinde cum ad suum peruenisset auditum quod hospitalium, & monasteriorum, necnon ordinis redemptionis captiuorum prædictorum, ac etiam fabricæ Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe questores, necnon Commissarij, Procuratores, Receptores, Thesaurarij, Factores,

Nuncij, & alij ministri non solum supradicta sed etiam plura alia eis nunquam concessa facere, & concedere, ac in certis casibus prohibitis etiam matrimonialibus dispensare, ac durañ. suarum indulgentiarum publicatione quascunq; alias indulgentias & gratias præter eorum facultatem suspẽdere. Et aliqui super indulgentijs & gratijs contendere, ac in pluribus alijs grauiter excedere similiter præsumebant in diuinæ maiestatis offensam, ac suarum & Christifidelium animarum perniciem ac plurium perturbationem & scandalum. Idem prædecessor etiam super his ne deteriora parturirent curæ suæ uigilantias adhibere uolens priores literas suas prædictas & in eis contenta quæcunq; approbauit & innouauit, ac omnia & singula priuilegia facultates & indulta super deputatione Cõmissariorũ, Questorum, Collectorum & aliarum personarum Hospitalibus, Monasterijs, ordini mercedis, redemptionis captiuorum, & Fabricæ prædictæ, & illorum Collegijs, Guardianis, officialibus, & personis pro tempore existentibus quomodolibet concessa, ac etiam per ipsum prædecessorem, approbata et de nouo concessa. Necnon dictorum prædecessorum suorum & suas desuper sub quacunq; forma etiam breuis, & uerborum expressione confectas literas, ita ut de cætero hospitalium, monasteriorum, ordinis mercedis, redemptionis captiuorum, & fabricæ prædictorum Collegia, guardiani, officiales, & personæ præfati priuilegijs facultatibus & indultis ipsis, quoad Cõmissariorum questorum, collectorum, & aliorum ministrorum deputationes, extra hospitalia & monasteria ipsa ac urbem huiusmodi & alia quibus specialiter concessa sunt loca uti aut illorum prætextu aliquos Cõmissarios questores, procuratores, & receptores, thesaurarios, factores, nuncios, uel alios

ministros, deputare seu indulgentias, & gratias eis concessas publicare uel confratres describere, seu aliqua confessionalia concedere & in casibus prohibitis etiam matrimonialibus dispē sare nequirent, illis alias in suo robore permansuris. Necnon quoscunq; Cōmissarios questores, procuratores, receptores, thesaurarios, superiores, nuncios, & alios quocunq; nomine nuncupatos, ministros, tam per ipsum prædecessorem, & sedem Apostolicam, q; hospitalium, monasteriorū, ordinis mercedis, redemptionis captiuorum & fabricæ prædictorum collegia, guardianos, & officiales præfatos, seu quoscunque alios eorundem priuilegiorum facultatum & indultorum, ac eiusdē prædecessoris, etiam in forma breuis desuper confectarum literarum uigore, constitutos, deputatos, auctoritate apostolica reuocauit: Ac omnem facultatem monasteriorum, hospitalium ordinis mercedis, redemptionis captiuorum, & fabrica prædictorum collegijs, guardianis, officialibus, & personis, nec non Cōmissarijs, questoribus, procuratoribus, receptoribus, thesaurarijs, factoribus, nuncijs & ministris, prædictis quomodolibet concessam ab eis & eorum singulis abdicauit, & reuocauit, ac abdicatas, & reuocatas fore decreuit, per alias suas literas prout in singulis literis prædictis quarum ulteriores tenores, præsentibus pro sufficienter expressis haberi uolumus latius continetur. Cum autem sicut ad aures nostras non sine graui animi nostri displicentia peruenit, nonnulli hospitalium & monasteriorum prædictorum. Necnon sub sancti Helmi S. Bouis, & S. Bernardi, S. Leonardi, sanctæ Marthæ titulis seu nominibus questoris officium exercētes præmissis non obstantibus indulgentias publicare, ac alia per dictum Clementem prædecessorem, ut præfertur, prohibita facere non erubescunt

besc unt in animarum suarum periculum, & Christifidelium maximum scandalum. Nos scandalis huiusmodi quantum nobis ex alto conceditur prouidere uolen. uniuersitati uestræ, & cuilibet uestrum in uirtute sanctæ obedietiæ per præsentes præcipimus, & mandamus quatenus quibuscunq; tam præfatorum hospitalium, & monasteriorum quàm sub sancti Helmi, S.Bouis, S.Bernardi, S.Leonardi, sanctæ Marthæ, aut alys nominibus non seruata forma dictarum literarum quæstoris officium exercen. quacunq; auctoritate dignitate, & præeminentia fulgentes indulgentias, & alia per literas supradictas prohibita publicare præsumentibus, seu audientibus quæstoribus Fabricæ Basilicæ principis Apostolorũ de Vrbe à uenerabilibus fratribus Francisco Alerien. Paulo Nucerin. & Philippo Burgi Sancti Sepulchri Episcopis, ac dilecto filio Raphaele de Casalibus ciue Roman. dictæ Fabricæ præfectis deputatis, quos cum à personis prædictis Deum timentibus, & probitate ac religione conspicuis deputati sint, tales esse non dubitamus, qui intra commissos sibi terminos se contineant, dumtaxat exceptis, auctoritate nostra sub excommunicationis, & alys, de quibus uobis uidebitur pœnis inhibeatis, prout etiam nos per præsentes inhibemus, ne indulgentias, aut alia per dictas literas prohibita publicare, aut circa ea se quomodolibet intromittere audeant uel præsumant, aut aliquis eorum audeat uel præsumat, & in euentum non paritionis contra eos ad declarationem incursus censurarum, & pœnarum prædictarum ipsarumq; censurarum etiam iteratam aggrauationem, & auxily brachy secularis, si opus fuerit inuocationem, & alias usq; ad effectualem executionem procedatis. Non obstan. præmissis, ac in prouincialibus, & sinodalibus concilys æditis generalibus, uel specia

Preceptũ contra ordinarios vt ibi beant publicat. Indul. descriptionẽ cõfratrũ, concessionẽ cõfessionalium, et capellarũ erectionẽ quorũcunq; hospitalium monasteriorum &c.

Nomina pfectorum Fabricæ.

Pœne.

Contra inobedientes.

Derogatio.

libus constitutionibus, & ordinationibus statutis quoq; consue-tudinibus, necnon stabilimentis usibus & naturis hospitalium & monasteriorum prædictorum, & quorumuis aliorum mem-brorum, domorum, & locorum aliorum, ac ecclesiarum etiam cathedralium, & metropolitañ. etiam iuramento confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis priuilegiis quoq; & indultis, ac literis apostolicis etiam a nobis emanatis, confir-matis, & innouatis, quibus etiam si in eis ꝙ nullatenus aut non nisi sub certis modis, & formis derogari possit, cautum, & ex-pressum sit illorum tenores pro sufficienter expressis, ac modos, & formas pro debite obseruatis habentes ad effectum præmis-sorum dumtaxat derogamus, ac sufficienter derogatam esse uo-lumus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem præ-sentium transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut canonici alicuius cathedralis ecclesiæ munitis eandem pror-sus fidem adhiberi quæ originalibus adhiberetur si forent ex-hibitæ uel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die 14. Octobris, 1536. Pontificatus nostri Anno Quinto. Blosius.

Certis modis.

De Trāsumptis.

1539.

Quibus quidem diligenter inspectis nos ad requisitionem do-mini Victorij Clementini Fabricæ Basilicæ Principis Apostolo-rum de Vrbe Iconomi per infrascriptum publicum Notarium transumi, & in publicam transumpti formam redigi mandaui-mus, & fecimus, uolentes, & auctoritate apostolica in dictis lite-ris concessa decerneñ. quòd ab inde in antea huic publicò tran-sumpto stetur, illiq; tanta fides adhibeatur quanta ipsis origi-nalibus literis apostolicis adhiberetur, si in medium exhiberen-

tur & ostenderentur. IN *quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes nostras literas siue præsens publicum transumpti instrumentum fieri per infrascriptum notarium publicum subscribi, sigilliq; nostri iussimus, & fecimus impressione cōmuniri.* Datum Romæ in ædibus nostris, Die 24 mensis Octobris. Anni 1539. Pontifi. Sanctiss. in Christo patris & Domini nostri Dñi Pauli diuina prouidentia Papæ III. Anno Quinto.

BREVE S. D. N. D. PAVLI PAPAE III.
Reuocatorium omnium, & singulorum Questorum, & Commissariorum præter Questores, et Cōmissarios Fabricæ Sancti Petri de Vrbe, cum applicatione omnium & singulorum bonorum, & pecuniarum, per dictos Questores, & Cōmissarios exactorum, et nondum effectualiter incorporatorū in fauorem dictæ fabricæ.

PAVLVS PAPA III.

VNIVERSIS & *singulis præsentes nostras literas inspecturis, Salutem & Apostolicam beñ. Nuper postq; fe. re.* Clemens *Papa.* VII. *prædecessor noster diuersis quærelis sibi perlatis prouidere uolens per quasdam suas literas omnia priuilegia sancti Spiritus in Saxia, & sancti Ioannis Lateraneñ. ac sancti Iacobi pauperum incurabilium de Vrbe nostra Hospitalibus, & sancti Antonij Vieneñ.* ac S. Sebastiani *extra muros dictæ Vrbis,* S. Augustini & *Cistercieñ. ordinibus, ac*

Narratiua reuocatiōis factæ per Cle. vij. de priuilegijs hospitaliū, et locorum pioꝝ.

Specificatio nominum.

Super questis. Super describendis confratribus. Sup publicandis Indulgentijs. Suppressio capellarum sub inuocatione s. Sebastiani. Reuocatio Commissariorum.

mercedi, redemptionis captiuorum per Ro. Pont. super questis faciendis, ac confratribus describendis, & indulgentijs publicandis concessa, & per eundẽ Clementem prædecessorẽ nostrum confirmata ex certis causis tunc expressis ad beneplacitum suum primo suspenderat, & cappellas sub inuocatione sancti Sebastiani penitus suppresserat, & deinde idem prædecessor per alias suas literas in forma breuis prædictas literas suas confirmauerat, necnon Cõmissarios, nuncios, & questores uigore priuilegiorum prædictorum constitutos reuocauerat ac omnem facultatem desuper cõcessam ab hospitalibus et alijs prædictis amouerat & abdicauerat, ac tam questas prædictas facere, indulgentias, et alias gratias eis cõcessas publicare, confratres describere, ac confessionalia concedere, q̃ etiam in casibus matrimonialibus prohibitis dispẽsare prohibuerat. Nosq; successiue cum non sine animi nostri displicentia accepissemus ꝙ nonnulli hospitalium, monasteriorum, & aliorum prædictorum, ac etiam sancti Helmi, sancti Bouis, & sancti Bernardi, sancti Leonardi, sanctæ Marthæ, sanctæ Catherinæ montis Synai, sancti Viti, sanctæ Mariæ de la heremita, seu aliorum locorũ Questores ac Commissarij questas prædictas facere & alia prædicta exercere non erubescebant, per alias nostras in forma breuis literas omnibus & singulis locorum ordinarijs, ut sub excommunicationis, & alijs de quibus eis uideretur pœnis quibuscũq; tam hospitalium & monasteriorum, ac redemptionis captiuorum, & aliorum sanctorum, & nominũ prædictorum Cõmissarijs Nuncijs, & questoribus præmissa fieri inhiberent, & contra talia prohibita exercere præsumẽtes ad declarationem incursus dictarum pœnarum procederẽt. Questoribus fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe

Prohibitio.

Narratiua aliarum lrãrum Pauli iij.

Specificatio nominum.

Sub dat. 14 Oct. 1539. fo. 61.

a personis Deum timentibus deputatis dumtaxat exceptis, mã dauerãmus, prout in singulis literis prædecessoris & nostris prædictis latius continetur; ad nostram peruenit notitiam, q̃ nonnulli Questores et Cõmissarij tam prædictis q̃ alijs forsan nominibus uigore priuilegiorum prædictorum et forsan aliorũ, etiam a nobis licet contra mentem nostram emanatorum, tam questas facere q̃ indulgentias publicare et alia quæ eis concessa fuisse prætendunt exercere ac diuersas pecuniarũ summas res, & bona exigere & aliqui forsan sibiipsis appropriare nõ destiterunt: Nos scandalis quæ ex præmissis prouenire possent occurrere, & de pecunijs rebus & bonis hactenus exactis quæ hospitalibus, monasterijs, et alijs locis facultatem quæstuandi, & alia præmissa exercendi, seu exercere faciendi habere prætendentibus adhuc incorporata nõ sunt grauissimis expensis, etiam quotidianis dictæ Fabricæ, quam nuper per uenerabiles fratres Franciscum Alerieñ. & Philippum Burgi sancti Sepulchri Episcopos, & Dilectum filium Raphaelem de Casalibus dictæ Fabricæ præfectos & deputatos aggredi fecimus, & dante Dño prosequi, & ad finem perducere intendimus prouidere uolentes, Motu proprio & ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine singulas literas prædecessoris & nostras prædictas illarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes harum serie confirmantes approbantes & innouantes firmis tamen semper & illæsis remanentibus omnibus & singulis priuilegijs dictæ fabricæ & illius Collegio & deputatis hactenus concessis omnes & singulas pecuniarum summas res & bona ex questis elemosinis indulgẽtijs et alijs prædictis hactenus prouentis & penes tam hospitalium monasteriorum, redemptionis captiuorum, sancti

Motu proprio. Cõfirmatio literaꝝ Cle. vij. & ipsius Pauli.

Priuilegia Fabr. remaneãt illesa. Applicatio rerũ & bonoꝝ puentoꝝ ex questis et Indulgentijs prohibitis.

Existen. pœnes cõmiss.vel deposi tarios pijs locis nũdum incorporatorum.
Specificatio locorum.

Helmi, & seu Adhelmi, sancti Bouis, sancti Bernardi, sancti Leonardi, & sanctæ Marthæ, sanctæ Catherinæ montis Synai, sancti Viti, sanctæ Mariæ de la heremita captiuorũ prædictorum q; aliorum quorũcunq; hospitaliũ monasteriorum ecclesiarum, & locorum piorum quocunq; nomine nuncupatorum questores, Cõmissarios, nuncios, ministros, thesaurarios, depositarios, siue alias personas loca, collegia, & uniuersitates cuiuscunq; gradus, conditionis, & dignitatis fuerint existentia, quæ adhuc hospitalibus, monasterijs, & alijs pijs locis prædictis cum effectu incorporata non sunt harum serie dictæ Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & illius Collegio & deputatis ad opus & utilitatem dictæ Fabricæ cõcedimus & applicamus, & pro concessis, & applicatis dictæ Fabricæ haberi uolumus. Necnon omnes & singulos questores, commissarios, ministros, thesaurarios, depositarios, & alios officiales per guardianos officiales, & superiores dictorũ hospitalium, monasteriorum, redemptionis captiuorũ, & aliorum locorum prædictorũ, ac etiam per prædecessores nostros & per nos hactenus deputatos reuocamus, omnemq; facultatem, potestatem, & auctoritatem questuañ. indulgentias, & alias gratias publicañ. confratres describeñ. confessionalia concedeñ. in casibus matrimonialibus prohibitis dispensañ. ab homicidijs casualibus, seu uoluntarijs, ac simoniæ labe absoluendi, & uota cõmutandi, & forsan alia exercẽdi a questoribus, commissarijs, ministris, thesaurarijs, depositarijs, & alijs prædictis, necnon a guardianis officialibus, et alijs superioribus hospitalium, monasteriorum, redemptionis captiuorum, & aliorum locorum prædictorum priuilegia, & facultates eos substitueñ. & deputañ. motu scientia, & potestate similibus abdi-

Rruocatio quest. & cõmissariorũ.

Abdicatio facul. questuandi.
Indulg. publicañ
Cõfrẽs describ.
Cõfessionalia cõcedendi.
Dispensandi.
Absoluendi.
Cõmutandi vota

camus & amouemus. Ita quod de cætero perpetuis futuris tē poribus questores, commissarij, ministri, thesaurarij, depositarij, aut alij officiales ad questas huiusmodi exercen. indulgentias, & alias gratias publican. confratres describen. confessionalia conceden. & alijs casibus prædictis dispensan. & absoluen. ab aliquibus etiam a nobis, & successoribus nostris Rom. Pontificibus constitui, & deputari non possint, nisi constitutioni, & deputationi huiusmodi præfati Collegij, aut deputatorum dictæ Fabricæ pro tempore existentiū expressus accedat assensus, Mandantes uniuersis & singulis præfatorum hospitalium, monasteriorum ordinum, redemptionis captiuorum, S. Helini, seu S. Adhelmi, S. Bouis, S. Bernardi, S. Leonardi, sanctæ Marthæ, & aliorum quorumcunq; ecclesiarum, & piorum locorum questoribus, commissarijs, ministris, thesaurarijs, depositarijs, & alijs officialibus, siue alijs personis loco, Collegio, & uniuersitatibus, ut pecunias, res & bona, ex questis indulgentijs, & alijs prædictis acquisita, & ut præfertur dictæ Fabricæ applicata, & concessa penes ipsos, & eorum quelibet existentia, & adhuc, ut præfertur, minime incorporata præfatæ Fabricæ, & pro ea illius Collegio, & deputatis, & officialibus ad opus, & utilitatem dictæ Fabricæ exponen. & conuerten. persoluant, & consignent. Eisdem uero nunc, & pro tempore dictæ Fabricæ deputatis, & præfectis, ut quæstores, commissarios, thesaurarios, depositarios, & officiales, aut alias personas penes quos pecuniæ, res, & bona huiusmodi existunt sub pœnis & censuris, quibus eis uidebitur tam præsentium, q̄ aliorū priuilegiorum dictæ Fabricæ, & illius Collegio, & deputatis concessorum uigore ad solutionem, & consignationē huiusmodi facien. cogant, & compellant, ac præsentes, & in eis contenta quæ-

Probibitio deputationis nisi accedēte assensu deputatoꝝ Fabr.

Præceptū de cōsignādis bonis applicatis Fabr.

Facultas deputatoꝝ Fab. cogēdi questores et alios ad consignan. bona vt supra.

obseruari facien. pn̄tes lrās cogēdi nobedientes.

cunq; inuiolabiliter obseruari mandent, & faciant inobedi\u0113tes & rebelles, ac contradictores quoslibet per pœnas, & censuras prædictas auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, inuocato si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstan. præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon in prouincialibus, & sinodalibus concilijs generalibus, & specialibus æditis statutisq;, et consuetudinibus, necnon stabilimentis usibus, & naturis hospitalium, & monasteriorum & aliorũ locorũ prædictorum, et quorũuis aliorum membrorum domorum, & locorum aliorum, ac ecclesiarum etiã cathedraliũ Metropolitañ. etiã iuram\u0113to c\u014dfirmatione apostolica uel quauis alia firmitate roboratis priuilegijs quoq; & indultis, ac literis apostolicis tam sub plumbo, q; in forma breuis, & motu proprio etiam a nobis emanatis confirmatis, & innouatis, & forsan de nouo concessis, quibus etiam si in eis quod nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & formis derogari possit cautũ ex expressum sit illorum omnium et singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac modos, & formas pro debite obseruatis habentes ad effectum præmissorum dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac sufficienter derogatum esse uolumus, cæterisq; contrarijs quibuscunq; cum clausulis opportunis, & consuetis. Et quia difficile foret præsentes ad singula queq; loca deferri. Volumus & per præsentes decernimus præsentiũ transumptis, seu copijs etiã impressis, & sigillo dictæ Fabricæ munitis eandem prorsus fidem adhiberi quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ uel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, Die XXV. Ianuarij. M. D. XL. Pont. N\u014dstri Anno Sexto.

Derogatio.

De Trãsumptis.

1540.

Blosius.

Supradicti.

Supradicti Breuis copiæ affixæ & publicatæ fuerunt in ualuis Basilicæ S. Petri, in acie Campi Floris, & alijs publicis locis Vrbis, per me Io. Iacobum Gurram dictæ Fabricæ mandatarium. Die ij. Februarij. M. D. XL.

DECLARATORIA S. D. N. PAULI

Papæ III. ꝙ sub regula Sanctitatis suæ qua cauetur ꝙ cōmissionibus signandis in signatura iustitiæ, iudices teneantur parere, ac si essent signatæ manu S. Sanctitatis cum reuocatione indultorum eisdem iudicibus concessorum. Non comprehendātur priuilegia Fabricæ S. Petri de Vrbe cum nouo decreto in fauorem dictæ Fabricæ.

PAVLVS PAPA III.

MOTV Proprio &c. cum diebus proxime elapsis nobis esset notum ꝙ nonnulli apostolicæ Sedis Legati de latere, ac Gubernatores & Cōmissarij in Prouincijs & locis Ro. E. immediate subiectis deputati, ac alij tam prouinciarum & locorum eorundem q; etiam Vrbis et curiæ Romañ. Iudices ordinarij eo prætextu ꝙ ab Apostolica Sede indultum esset, ꝙ aliquibus causarum commissionibus iustitiam concerneñ. ac moratorijs nisi ille manu propria Ro. Pont. pro tempore existentis, uel alicuius eorum nisi etiam motu proprio aut alias certis modis, ac formis, ac certis signis, contra signis signatæ parere minime tenerentur, quodq; quascunq; causas a

Narratiua regulæ.

quibuſuis iudicibus aduocare & illas alijs audien. & deciden. delegare & committere poſſent in diuerſis ſpiritualibus, profa nis, criminalibus mixtis, & alijs cauſis motis & mouen. commiſſionibus per bo. mé. Laurentium Epũm tunc Prænestin. S. R. E. Cardinalem de Campegio nuncupatum & pro tempore ad cõmiſſiones iuſtitiam concernentes nobis porrectas in præſentia noſtra ſignan. deputatos, ac plenam & liberam facultatem per ſe uel alium ab ipſo deputandum deſuper haben. tam in præſentia quàm extra ſcientia, & plena ſignatura iuſtitiæ etiam partibus auditis, & pro iuſtitiæ debito ſignatis et cauſarum huiuſmodi aduocationis, ac alijs etiam dictæ Ro. E. Cardinalibus, & Rotæ Auditoribus, cæteriſq; iudicibus tam in curia quàm in prouincijs prædictis cõmiſſarijs & literis apoſtolicis ſuper cõmiſſionibus ipſis tam ſub plumbo, quàm in forma breuis confectis, necnon inhibitionibus & mandatis illarũ uigore decretis parere, niſi pro eorum uoluntate non curabãt immo contẽnebant & indebite recuſabant, illiſq; non obſtantibus in cauſis ipſis etiam ab eis aduocatis ad ulteriora procedere, & inhibitiones decernere, ſententiaſq; & cenſuras promulgare, ac etiam diuerſas cauſas etiam auditoribus præfatis commiſſas & coram eis pendentes ad ſe aduocare, & alijs delegare præſumebant, propter quod interdum in eadem cauſa & inter eaſdem partes per diuerſos iudices, ac in dicta curia & extra eam procedebatur & partes diuerſis expen. & grauaminibus afficiebantur, ac iuriſdictiones confundebantur & diuerſa inconuenientia ſubſequebantur; nos præmiſſis ſalubriter prouidere uolen. ex præmiſſis et certis alijs cauſis per quandã noſtram cõſtitutionem omnia et ſingula facultates, cõceſſiones, indulta, quibuſcunq; dictæ ſedis Legatis etiam de latere etiam

Cardinalibus, ac Gubernatoribus, commissarijs, & alijs quibuscunq; iudicibus quocunque nomine nuncupatis, & quauis etiam Pontificali dignitate fungeñ. tam Vrbis & Curiæ quàm prouinciarum & locorum prædictorum, sub quibuscunq; tenoribus & formis, etiam per modum statuti perpetui, & cum quibusuis etiam reuocationibus, præseruatioñ. clausulis, necnon irritañ. & alijs decretis etiam motu simili & ex quibusuis causis per quoscunq; Ro. Pont. prædecessores nostros, ac forsan per nos hactenus quomodolibet concessa & confirmata, quo ad hoc, ut ipsi Legati, Gubernatores, Cõmissarij & Iudices commissionibus apostolicis, nisi manu Ro. Pont. ac etiam motu proprio & alias, sub certis modis & formis singnatæ essent parere tenerentur, ac quod quascunq; causas a quibusuis Iudicibus ordinarijs & extraordinarijs, etiam auctoritate sedis prædictæ delegatis etiam Rotæ Auditoribus aduocare, & illas alijs quibusuis modis & formis audiendas, decidendas, & fine debito terminañ. delegare seu committere possent dumtaxat reuocauimus, cassauimus, & annullauimus, & pro non concessis haberi uoluimus, eisdemq; Legatis, Gubernatoribus, Commissarijs et iudicibus de cætero nullatenus suffragari posse, ac quicquid per eos prætextu facultatum & indultorum reuocatorũ huiusmodi attẽptari contigerit, nullius roboris uel momenti existere decreuimus, quam in Cancellaria apostolica, sub die uigesima Septembris, anni Millesimi Quingẽtesimi trigesimi sexti proxime præteriti, publicari & describi fecimus, prout in constitutiõe huiusmodi quã præsentibus pro expressis haberi uolumus latius continetur. Cum autem sicut accepimus a nõnullis dubitetur ne per constitutionem nostram huiusmodi priuilegia & facultates quo ad præmissa dilectis filijs Collegio & Præ-

fectis Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorũ de Vrbe per fe. re. Iulium ij. Leonem x. Adrianum vi. & Clementem vij. prædecessores nostros cõcessa et per nos confirmata & innouata, reuocata, cassata, et annullata fuerint, nos cuius mentis est priuilegia et facultates dictæ fabricæ cõcessa, confirmata, et innouata potius augere quàm reuocare, motu simili &c. constitutionem reuocatoriam nostram prædictam ad priuilegia & facultates, indulta eidem fabricæ per dictos prædecessores concessa & per nos innouata non se extendere, sed illa a constitutione reuocatoria nostra prædicta omnino excepta esse decernimus, & declaramus, priuilegiaq; facultates, & indulta eiusdem Fabricæ et Collegio prædictis cõcessa inuiolabiliter prout iacent obseruari mandamus, & quatenus opus sit priuilegia facultates & indulta eiusdem Fabricæ & illius Præfectis & deputatis per præsentes innouamus, ac de nouo quascunq; cõmissiones tam gratiæ q; iustitiæ ĩteresse dictæ fabricæ quolibet concernen̄, aliter q; manu nostra & successorũ Ro. Pont. etiã adhoc uocato iconomo dictæ Fabricæ signatas nullius esse roboris uel momenti decernimus, et ita per quoscũq; iudices etc. sententiari, et iudicari debere, sublata etc. cõstitution̄. et ordination̄. apostolicis ac cõstitutione nostra prædicta cæterisq; in contrariũ facien̄. non obstan̄. qbuscunq;, uolumus aũt q̄ p̄ntis sola signatura sufficiat, & q̄ illius copijs seu trãsumptis manu secretarij Collegij dictæ fabricæ subscriptis, & sigilli eiusdẽ Collegij signatis eadẽ prorsus fides ubiq; in iudicio, & extra adhibeatur quæ adhiberetur si præsentes forent exhibitæ uel ostensæ regula in contrarium edita non obstante.

Motu proprio. Regula reuocatoria nõ se extẽdit ad priuilegia Fa.

Innouatio priuilegiorũ fabricæ.

Decretum q̄ cõmissiones cõcernen̄. ĩteresse fab. aliter quã manu Pontifi. ẽt ad id vocato iconomo Fab. signate nullius sint momẽti.

Decretũ irritãs.

De transumptis.

Placet et ita motu proprio declaramus et mãdamus. A.

Productus fuit ultima Ianuarij 1540. Val. Casellius Not.

BREVE EFFODI FACIENDI *quoslibet lapides marmoreos uel tiuertinos in quibusuis locis pro usu Fabricæ, cum reuocatione aliarum licentiarum.*

PAVLVS PAPA III.

VNIVERSIS & *singulis præsentes literas inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Vt Fabrica Basilicæ Principis Apostolorum almæ Vrbis nostræ, quā nuper per dilectos filios præfectos, & deputatos eiusdē Fabricæ summa cum diligētia aggredi fecimus, & quam deputati ipsi omni conatu prosequuntur, in quantum possumus ad optatum finem perduci possit, & pro qua perficienda, ac ornamentis lapideis, & marmoreis decoranda, per uniuersam Vrbem prædictam, & alia loca extra eam lapides tiuertinos nuncupatos, ac marmoreos quibus dicta Fabrica eget perquiri, & excauari, ac effodi facere cogimur, quare præmissis prouidere uolentes.* Motu proprio, & *ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine quascunq; licentias, & facultates effodiendi, & excauandi lapides huiusmodi tam in alma Vrbe quàm extra eam, & in locis publicis, & ecclesiasticis quibusuis personis cuiuscunq; status, gradus, ordinis, dignitatis, et conditionis fuerint, etiā uniuersitatibus, et religiosis ac etiā Magistris stratarū Vrbis tam per nos, et prædecessores*

Motu proprio.

Reuocatio licētiarū effodiēdi lapides etc.

Etiam Magistris stratarum.

nostros Ro. Pont. & Cameram apostolicam hactenus concessas harum serie reuocantes, & ab eis amouentes, & abdicantes praefatis deputatis dictae Fabricae, ut per se uel aliu, seu alios in quibuscunq; locis tam publicis quam ecclesiasticis, tam in alma Vrbe quam extra eam lapides tam marmoreos q; tiuertinos et colunas, & alterius cuiuscunq; generis ad usum, & utilitatē dictae fabricae libere, & licite effodere excauare, ac effodi, & excauari facere possint, & ualeant liberā et omnimodam concedimus facultatem, & auctoritatem, quibusuis personis praedictis, & alijs ad quorum notitiā praesentes literae peruenerint districte percipiendo mandantes ac expresse inhibentes ne de caetero etiam sub praetextu licentiarum, & facultatum praedictarum, ut praefertur, concessarum, seu in posterum durante dicta fabrica etiam per nos, aut successores nostros Ro. Pont. & dictam Cameram concedendarum, absq; expressa licentia dictorum deputatorum lapides huiusmodi effodere & excauare, aut effodi, & excauari facere sub indignationis nostrae, ac excōmunicationis latae sententiae & mille duc. auri dictae Fabricae applicandorum audeant uel praesumant. Quinimmo si quos lapides cuiusuis generis fuerint, qui in locis publicis et ecclesiasticis praedictis, ac etiam priuatis hactenus excauati, & mundum in aliquo opere positi, nec adhuc uenditi fuerint, sed illorum domini & patroni si illos uendere intendant: non nisi prius eisdem deputatis requisitis uendere possint. Et si deputati ipsi lapides huiusmodi emere uoluerint, domini & patroni huiusmodi pro rationabili precio per aestimatorem dictae Fabricae quoad lapides in locis publicis & ecclesiasticis effossos et excauatos, quo uero ad illos qui in locis priuatis excauati fuerint, pro concurrenti precio per duos uiros cōmuniter eligēdos

Deputati Fabr. possint effodi facere in quibusuis locis tam in vrbe q extra quosuis lapides tam marmores q tiuertinos.

Mādatū q nemo possit effodi facere dictos lapides nisi de licētia deputat. Fab.

Patroni lapidū nō possūt illa vēdere nisi requisitis prius deputatis Fab.

Lapides effosi in locis publicis & ecclesi. vendātur p precio arbitr. p estimatorē fab.

Lapides vero ef-

declarando, ipsis deputatis uendere teneantur. Mandantes dictis deputatis, ut omnes & singulos cōtradictores et alios quomodolibet contrauenientes pœnis prædictis, & alijs de quibus eis uidebitur afficiant, & ad illarum effectualem executionem procedāt, dilectis uero filijs Præsidentibus, et Clericis Cameræ Apostolicæ, ut præmissa omnia et singula per quoscūq; ad quos quolibet spectat, quoties pro parte deputatorū prædictorū requisiti fuerint, obseruari mādent, & faciant, ac eisdē in præmissis faueant et assistant, consiliumq;, auxilium et fauorem præstent, irritum, & inane quicquid contra pñtium tenorem quomodolibet attentatum siue innouatum fuerit. Non obstan. præmissis, necnon constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoq; & indultis, ac literis Apostolicis, etiam Cameræ nostræ Apostolicæ, ac Populo Romano, & Magistris stratarum Vrbis, tam in genere quàm in specie, etiam sub quacunq; uerborum forma quomodolibet concessis, confirmatis, et innouatis. Statutis quoque, ac nouis reformationibus, & consuetudinibus dictæ Vrbis, quibus illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac uice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Et ut præmissa omnia, & singula ad omnium notitiam deducantur, uolumus, ac auctoritate, & tenore prædictis, eisdem deputatis mandamus, quatenus præsentes per publica bannimenta per Vrbem publicari faciant, quæ sic publicatæ siue earum copiæ etiam impressæ, & per Secretarium dictæ Fabricæ subscriptæ ac sigillo eiusdem Fabricæ munitæ in locis publicis solitis, & consuetis ipsius urbis affixæ omnes & singulos ligent, ac si præsentes originales eisdē personaliter præsentatæ, & intimatæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctum

fosi i locis priuatis p precio iudicando p duos viros cōiter eligēn

Facultas deputatis cōtra cōtradictores.

Mandatū q Clerici Cameræ requisiti a deputatis faciāt pmissa obseruari.

Decretū irritās.

Derogatio.

1540. Marcum sub annulo Piscatoris Die 22. Iulij. M. D. XL. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Blosius.

DONATIO FLVMINIS ANIENIS Teuerone nuncupati Fabricæ Basilicæ sancti Petri de Vrbe una cum eius ripis, et limitibus, lignaminibus, et arboribus, ac omnibus minerijs Tiuertinorum lapidum et putcolanæ.

PAVLVS PAPA III.

MOTV proprio &c. inter alias multiplices curas, quibus a tempore assumptionis nostræ ad summũ apostolatus apicem citra illi potissimum continue intenti fuimus, ut dante domino Fabricam Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe a fœ. re. Iulio Papa ij. prædecessore nostro inchoatam, & quam idem Iulius, necnon Leo x. Adrianus yi. & Clemens yij. etiam Ro. Pontifices prædecessores nostri morte præuenti & uarijs obstantibus impedimentis perficere non potuerunt omni conatu, & totis uiribus nostris aggrederemur: Cum itaq; nuperrime uenerabilibus fratribus Paulo Iouio Nucerino, Francisco Palauicino Alerieñ. et Philippo Archinto Burgi Sancti Sepulchri Episcopis, ac dilecto etiam filio Raphaeli de Casalibus eiusdẽ Fabricæ præfectis & deputatis opus fabricæ huiusmodi aggrediendum cõmisserimus, ipsiq; opus Fabricæ huiusmodi aggredi inceperint, & ut illud cum minoribus impensis prosequi, et usq; ad finem perducere possint, existimauimus non modo ipsi

Nomina deputatorum Fabricæ.

Fabricæ

fabricæ, sed etiam cæteris ædificare uolentibus, ualde utile et commodum esse si flumen Anienis alias il Teuerone hodie innauigabile effectum per quod tempore Iulij prædecessoris præfati, quia nauigabile effectum fuerat multa ad usum dictæ Fabricæ necessaria ad urbem conduci solebant, cum alijs iuribus nostris & Cameræ apostolicæ ad usum fabricandi pertinentibus, eidem Fabricæ concedamus. Quare tam dictæ fabricæ, quàm publicæ utilitati & cõmoditati prouidere uoleñ. motu simili & ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine eidem fabricæ illiusq; præfectis & deputatis prædictis & pro tempore existentibus ad cõmodum & utilitatem dictæ fabricæ præfatũ flumen Anienis inchoando a ponte Lucano prope & extra ciuitatem nostrã Tyburis usq; ad illius fauces & illius introitum in Tyberim cum omnibus & singulis eiusdem fluminis Anienis, & in dicto flumine, ac illius ripis & limitibus utriusq; lateris existentibus lignaminibus & arboribus, necnon omnes & singulas excauationes siue minerias tiuertinorum & lapidum cuiuscunq; generis ac puteolanæ nobis & Cameræ apostolicæ pertinentes & quomodolibet spectantes harum serie gratiose libereq; absolute & irreuocabiliter in perpetuum damus, donamus, concedimus, & assignamus, dantes & concedentes eidem fabricæ, & pro ea præfectis & deputatis plenam & omnimodam facultatem, potestatem & auctoritatem flumen ipsum a dicto ponte & usque ad tyberim pro eo nauigabili efficiendo sumptibus dictæ fabricæ purgãdum et mundandum, ac arbores cuiuscunq; generis & lignamina incidendum excauandum purgari, & incidi faciendum, necnon quibuscũq; locis publicis, et minerijs prædictis nobis ante hanc donationem & Cameræ apostolicæ spectantibus ad eorum li-

Donatio fluminis anienis cum ligraminibus & arboribus existentibus in eius ripis.

Donatio mineriarum tiuertinorum, & aliorũ lapidum ac Puteolanæ.

bitum, ad utilitatem dictæ fabricæ utendi, ac in eis lapides et alia necessaria & ad dictam fabricam apta fodendum & excauandum, ac per dictum flumen aníenis conducendum & nauigandum ac omnia & singula præfata ad commodum & utilitatem dictæ fabricæ conuertendum. Et insuper quia ad flumen ipsum nauigandum necessarius est transitus per possessiones et prædia eidem flumini conuicina & adherentia quæ etiam plena lignis existunt & mundatione & extirpatione indigent et nisi mundentur expensę ad mũdandũ flumen prædictum frustratorię essent quare desuper opportune prouidere uolentes motu scientia & potestate similibus omnibus & singulis hominibus & personis tam ecclesiasticis quàm secularibus quocunq; nomine nuncupatis possessionum & prædiorum prædictorum dominis et arrendatoribus ac possessoribus per apostolica scripta, mandamus, quatenus infra terminum octo dierum à die publicationis præsentium inchoandum, compareant coram præfatis deputatis & coram eis se obligent desuperq; fideiussionem præstēt de mũdãdo eorũ possessiões et prædia prefata præfato flumini anienis conuicina et adherētia per quatuor cannas extra ripas utriusq; lateris à dicto ponte Lucano usq; ad Tyberim, infra terminum eorum arbitrio præfigendum, & sub certa pœna per eos imponenda, & fabricæ applicañ. quo termino elapso, nisi comparuerint, seq; ut præfertur minime obligauerint, & fideiussionem præstiterint liceat eisdem deputatis possessiones & prædia prædicta per dictas quattuor cannas mundari facere & omnia ligna incidenda; seu excauanda dictæ fabricæ applicare prout nos exnunc in dictum euentum applicamus, si uero comparuerint, seq; obligauerint, & fideiussionem præstiterint, ut præfertur, in termino uero eis præfixo nõ mun

Qđ ripæ p quattuor cãnas mundētur lignammibus alias deputati illa p fabrica accipere possint.

dauerint, tunc contra eos ad executionem dictæ pœnæ, necnon ad mundationem possessionum & prædiorum prædictorũ pro dicta fabrica deputati ipsi procedant, & ad liberum transitum reducant, quorumquidem prædiorum & possessionũ usum tantum ad effectum prædictum per dictas quatuor cannas eidem fabricæ & illis deputatis agentibus & ministris concedimus. Mandañ. omnibus & singulis hominibus & personis prædictis possessionum & prædiorum prædictorum dominis & patronis ac arrendatoribus & possessoribus, quatenus sub dictis pœnis obseruent, architectosq́; conductores, & ministros, ac agentes, dictæ fabricæ præmissa executioni mandare, ac per eorum possessiones & prædicta prædia libere pertransire cũ animalibus & uehiculis uel sine permittant Dilecto *uero filio* Guid. *Asca. Sfor. Sanctorum* Viti & Modesti Diacono Cardinali *nostro, &* S.R.E. Camerario *ac thesaurario præsidenti bus &* Clericis Cameræ Apostolicæ *quatenus, eisdem deputatis in præmissis, & quolibet prædictorum faueant & assistant contradictores quoslibet auctoritate nostra sub cẽsuris & alijs eorum arbitrio imponeñ. pœnis cõpescendo, inuocato si opus fuerit auxilio brachij secularis.* Et *nihilominus deputatis prædictis omnimodã iurisdictionẽ circa præmissa, prout in reliquis negocijs dictæ fabricæ habent harum serie cõcedimus.* Non *obstañ. constitutioñ. & ordinatioñ. apostolicis, priuilegijs quoq; & indultis, ac literis apostolicis quibuscunq; concessis, cæterisq; contrarijs quibuscũq;,* Volumus *autem quòd præsentis sola signatura sufficiat, & ubiq; fidem faciat in iudicio & extra regula cõtraria, nõ obstañ. Et ut præmissa omnia melius omnibus innotescant iubemus præsentes per* Vrbem *solitis locis, præconis uoce solemniter publicari & publicatio huiusmodi omnes & sin-*

Mandatum assistentiæ.

Cõmiss. deputatis.

So la signatura sufficiat.

gulos præfatos arctet ac si præsentes eis quarum copijs, & sigillo dictæ fabricæ, sigillatis fidem adhiberi, uolumus & perso naliter præsentatæ fuissent.

Fiat motu proprio. A.

Et q. præsentis concessionis } Fiat A.
Sufficiat sola signatura }

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum Decimo Calen. Septemb. Anno Quinto.

BVLLA CONFIRMATIONIS, EXtensionis, & ampliationis facultatum excelsæ Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe.

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

DVm ad uniuersas Vrbis Basilicas, et Orbis ecclesias, pro iniūcto nobis desuper apostolicæ seruitutis officio, crebris uigilijs, & assiduis stu dijs attendimus, ad sacram præcipue beati Petri apostoli de Vrbe Basilicam eo libentius nostræ mentis oculos conuertimus, quod Basilica ipsa innascentis ecclesiæ, sancta institutione, ac primorum Christianæ Religionis Clericorum norma, traditionibusq́; & sacris institutis, ac diuinis regulis, eloquijsq́; præmunita extitit, & ab eius primæua erectione uarijs uirtutum meritis semper resplenduit. Quamobrē nō nulli

Romani Pontifices prædecessores nostri innumeris Basilicam ipsam priuilegijs, & dignitatum titulis decorarunt. Vnde nos, eorum ducti exemplo, decet, ut Basilicam ipsam nostris etiam gratiarum muneribus muniamus, & his, quæ pro ipsius Basilicæ augmento, ac personarum inibi uota sua exoluentium, commoditatem processerunt, ne in contentionis scrupulum labatur, sed firma, & illibata persistant, nostri muniminis adijcimus firmitatem, ac ut dubia, quæ in priuilegijs, et gratijs ipsis suboriri possent, nostræ declarationis adminiculo seponantur, libenter consulimus, ac desuper prouidemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane nobis nuper pro parte Venerabilium fratrum nostrorum Francisci Aleriēn. Pauli Nucerīn. Petri Aqueñ. et Philippi Burgi sancti Sepulchri Episcoporum, ac Dilectorum filiorum Magistri Ioannis Baptistæ Cicadæ Notarij nostri, & causarum Cameræ apostolicæ generalis Auditoris, necnon Raphaelis de Casalibus Ciuis Romani, modernorū Fabricæ dictæ basilicæ Deputatorum exhibita petitio continebat. Quod nuper postquàm fe. recor. Iulius Papa II. prædecessor noster, qui antea, cum ad Basilicæ prædictæ restaurationem operarias manus apposuisset, cognoscens Fabricam huiusmodi absq; pijs, & largis fidelium erogationibus ad finem optatum perduci non posse. Vniuersis Christifidelibus utriusq; sexus, qui infra annum, ex certo tempore tūc expresso computandū, in capsa ad id in dicta Basilica collocanda per seipsos mitterēt, uel per alios mitti, & poni facerent tātum quantum eorum pia deuotio eis dictaret ī pecunia numerata, aut rebus alijs ad opus ipsum conuertendis, uel circa dictum opus se personaliter exercerent, seu tunc generali Thesaurario suo, se ad piæ erogandum aliquid ad opus huiusmodi, iuxta eorum deuotionem effica

Nomina Deputatorum Fabricæ.

Iulij PP. II. facultates.

citer obligarent. Vt idoneum possent eligere confessorem, qui eos, à certis tunc expressis casibus, absoluere, & super certis etiam tunc expressis in foro conscientiæ dumtaxat dispensare posset, facultatem per quasdam concesserat. Et deinde prouide attendēs difficile fore prædictas infra annum à die illarum pu blicationis ad notitiam Christifidelium ultra montes consisten- tium peruenire posse, ipsas per alias ad sui beneplacitum proro gauerat. Cupiens nonnullarum prouinciarum totam Italiam, Siciliam ultra Pharum, Corsicam, Cretam, Cyprum, Rhodum usq; Ierosolimam, Dalmatiam, Croatiam, Bosnam, Vngariam, Austriam, Bohemiam, & Poloniam, ac Insulas maris mediterra nei continentium personas, aut in eis degentes, quæ ob locorum distantiam personaliter ad dictam Basilicam se conferendi, aut per alium pias elemosinas pro huiusmodi fabrica in dictam cap sam transmittendi omnimodam commoditatem non habebant, ipsarum Indulgentiarum participes fieri. Vniuersis eisdē Chri stifidelibus utriusq; sexus, cuiuscūq; dignitatus, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existerent, etiam Eccle- siasticis religiosis, ac alijs secularibus per uniuersas prouincias, & Insulas prædictas constitutis uere pœnitentibus & confes sis, qui infra annum, & deinde ad beneplacitum suum à publi- catione priorum literarum suarum prædictarum in dictis pro- uincijs & insulis facienda computandum ecclesias in dictis pro uincijs & insulis, quas quidam tunc ab eodem prædecessore de putatus Commißarius nominaßet, iuxta illius, seu deputandi ab eo prouidam ordinationem, super eo faciendam, deuote uisi taßent, & in capsis ad id, in subsidium dictæ fabricæ, deputan- dis, pias elemosinas effectualiter ponerent, peccatorum remis- siones, & alia spiritualia dona concesserat, & indulserat per

quasdam alias. Et postea eodem Commissario uita functo idem prædecessor alium deputando. Vniuersis Christifidelibus utriusq; sexus tam secularibus, quàm regularibus ordinum quorūcunq; prouinciarum & insularum prædictarum, qui iuxta eiusdem Commissarij, aut Deputati, seu subdelegati, aut deputandorum, seu subdelegandorum, ab eo prouidam ordinationem super eo faciendam, in capsis ad id deputandis iuxta Nuncij, & Commissarij, ac deputandorum, & subdelegandorum prædictorum ordinationem, & arbitrium pias elemosinas effectualiter posuissent, plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem consequerentur. Et qui cum præfatis Commissario seu delegandis & subdelegandis prædictis conuenirent, ut idoneum possent eligere confessorem presbyterum secularem, uel cuiusuis ordinis etiam mendicantium regularem, qui eorum confessione diligenter audita pro commissis per eum delictis, & excessibus, ac peccatis quibuslibet quantumcunq; grauibus & enormibus, etiam in sedi prædictæ reseruatis casibus, ac censuris ecclesiasticis, etiam ab homine, uel ad alicuius instantiam latis, de consensu partium, etiam ratione interdicti incursis, & quarum absolutio dictæ sedi reseruata foret, præterquam machinationis in personam Summi Pontificis, occisionis Episcoporum, aut aliorum superiorum Prælatorum, & iniectionis manuum uiolentarū in illos, aut alios Prælatos, falsificationis Bullarum & literarum Apostolicarum, delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, ac sententiarum & censurarum occasione Aluminum Tulphæ suæ, ac de partibus infidelium ad fideles, contra prohibitionem suam delatarum, incursarum, semel in uita, & in non reseruatis casibus totiens, quotiens id petijssent, & in mortis articulo plenariam omnium

peccatorum indulgentiam & remissionem impendere, ac poeni tentiam salutarem iniungere. Et Eucharistiæ sacramētum, præ terquam in die Paschatis, & in mortis articulo, alijs anni tem= poribus ministrarēt. Necnon per eos emissa uota quæcunq; (Vl tramarino, ingressus religionis et castitatis uotis dūtaxat ex= ceptis) in alia pietatis opera commutare: Ac cum Simoniæ in ordinibus uel beneficijs commissæ labæ pollutis ad ipsum opus contribuentibus super irregularitate, si quam censuris huius= modi ligati, missas et alia diuina officia non tamē in contemptū clauium celebrando, aut alias diuinis se immiscendo, seu alias quomodolibet, etiam beneficia ecclesiastica præmissorum occasio ne, uel alias īdebite occupādo, præterquàm ratione homicidij uo luntarij, & bigamiæ contraxissent, dispensare, eosq; absolue= re omnemq; inhabilitatis & infamiæ maculam, siue notam ex his prouenientem abolere, & ut in susceptis ordinibus ministra re, ac si acquisita beneficia ecclesiastica, quæ ex tunc eis de no= uo collata censerentur, & perceptos ex eis fructus etiam ratio ne omissionis horarum canonicarum & diuinorum officiorum, facta aliqua compositione cum eis concedere. Necnon super male ablatis incertis, uel per usurariam prauitatem quæsitis ēt certis, quæ fœnerator ab alio fœneratore extorsisset, & quæ ip se requisitus usuras restituere paratus non esset, uel alicui pri= uatæ ecclesiæ deberentur, in quibus tamē Romana Ecclesia de iure communi succedere posset: ac etiam bonis, quæ ad alicuius manus peruenissent, & illa habentes, quibus restitui deberent, ignorassent, uel dubitassent, quāquàm male ablata per eos non existerent, seu illa ad eos peruenirent. Et similiter de his, quæ pauperibus & alijs pijs locis in genere & absq; ulla speciali de terminatione, & proprijs nominibus personarum nō expressis

Super incertis et usuris ēt certis.

relicta

relicta forent pro præterito, & futuro ex tunc temporibus cō-
ponere. Ita ut soluta aliqua quantitate pro dicta fabrica, eidem
Nuncio uel Commissario uel deputando uel subdelegando ab
eo dūtaxat, in ipsis Capsis ponenda, à reliquorum sic relicto-
rum, & male ablatorum, ac per usurariam prauitatem extorto-
rum, seu quæ ad eos alias peruenissent, et cui ea restituere de-
buissent, dubitabant uel ignorabant, ut præfertur, restitutione
absoluti existerent, ultra restituere minime tenerentur, eis con-
cedere. Ac illa, quæ ante publicationem dictarum indulgentia-
rum suarum in exacta, etiam si illa ordinarijs, pro ipsis tamē in-
certis, quoquomodo relicta, donata & quæ eis quouismodo obue-
niebant. Necnon quæ ab ipsis ordinarijs uel eorum nomine post
ipsam publicationem exacta, & eis quoquomodo soluta, ac etiā
quæ ante publicationem ipsam, pro ipsis tamen certis, aut incer-
tis personis & locis non debebantur, sed post publicationē præ
dictam deberi cœperunt, etiam si ea ordinarijs, ut præmittitur,
relicta, donata, aut obuenta, tanquam eis indebita per ipsum Com
missariū & delegandos, ac subdelegādos ab ipso, nomine dictæ
fabricæ libere exigi ac peti & assequi posse & debere, etiam
sub censuris ecclesiasticis, ac pœnis pecuniarijs, alijsq; iuris re-
medijs opportunis. Inuocato etiam ad hoc, si opus esset, auxilio
brachij secularis. Ac quoscunq;, qui ante ætatem legitimā ad sa
cros presbyteratus ordines absq; aliqua dispensatione se promo
ri fecissent, & in susceptis ordinibus etiam ministrassent. Ac
qui ex quauis licita aut illicita cognatione proueniente affinitatē
& consanguinitate aut cognatione carnali, uel spirituali (inter
leuatum & leuantem excepto) simplici aut multiplici gradu.
Ac quoscunq;, qui publicæ honestatis iustitiæ impedimento, seu
alias quomodolibet impediti matrimonium sciēter, uel ignorāter,

in quarto, uel in tertio, ac per copulam fornicariam, non tamen publicam, etiam in primo affinitatis gradu contraxissent, et car nali copula consumassent, si impedimentum huiusmodi in iudi= cium deductum non fuisset; uel scandalum generare non pos= set, ab excessu huiusmodi, ac excommunicationis sententia, quã propterea incurrissent, iniuncta inde eis pro modo culpæ pœni= tentia salutari, quæ ad fabricam huiusmodi dirigeretur, et quod de cætero talia non committerent, nec committentibus auxiliũ, consilium, uel fauorem præstarent, & alijs, quæ de iure forent iniungenda, absoluere. Et ut de nouo inuicem matrimonium cõ= trahere, & in illo sic contracto similiter remanere libere, & li cite ualerent. Prolem tunc susceptam ex huiusmodi matrimo= nio, si qua esset, & ex tunc de cætero suscipiendam legitimam decernendo, in foro conscientiæ duntaxat, tam quoad alios, q̃ quo ad illos, qui in tertio uel quarto consanguinitatis gradu exi stentes, matrimoniũ contraxissent, ut præfertur, quos in utroq; foro absolui, & matrimonium de nouo, etiam publice, contrahe re posse uoluerat. Et cum eisdem promotis super irregu= laritate, quam etiam in dictis ordinibus ministrando contraxis= sent, quodq; in dictis ordinibus ministrare possent dispensare. Ac cum quibuscunq; qui bona Ecclesiarum, Monasteriorum, et Ecclesiasticorum Beneficiorum quorumlibet haberent, & iu dicialiter deficientibus probationibus, ad illorum restitutionem compelli non possent, etiã si per eos probari posset, & bona om nia ac quæcunq; legata & alias quomolibet etiam hæreditatis titulo pro male ablatis restitutione, relicta hactenus, & quæ re linqui & legari contingeret in futurum, durante deputatione Nuncij & Commissarij huiusmodi, in quibuscunq; testamẽtis, donationibus causa mortis, codicillis, aut alijs ultimis uolũtatibus,

per quoscunq; & ubicunq; factis, & quæ durante huiusmodi deputatione factæ forent quibuscunq; incertis ecclesiis, & pijs locis, aut personis similiter in certis, uel absentibus taliter, quod propter ipsorum absentiam merito ab eis notitia haberi nõ posset, ac etiam, quæ restitutioni subiacerent, sed in eis, uel ad ea personis, quibus illæ fieri deberent receptio non competeret. Necnon quæcunq; in testamētis, donationibus, causa mortis codicillis, aut alijs ultimis uoluntatibus pro redemptione captiuorum, etiam si beatæ Mariæ de Mercede, *& sanctæ* Trinitatis, Redemptionis Captiuorum *ordinibus, &* S.Eulaliæ Barchinonen. *relicta forent.* Ac *hæreditates & bona decedentiū ab intestato clericorum & laicorum, etiam ex indulto apostolico, aut alias ad* Redemptionem *prædictam captiuorum dedicata, pertinere debuissent, facultate* Nuncij *&* Commissarij *cōcessa huiusmodi durante.* Necnon *omnes & singulas pecunias, et res alias, quæ in prandijs & conuiuijs, ac publicis spectaculis in aliquibus celebritatibus ex uoto & statuto, ac cōsuetudine in quibusuis locis exponi consueuerant, & facultate* Nuncij *et* Cōmissarij *huiusmodi durante exponi debuissent, ad fabricam huiusmodi applicauerat, et sub restitutione bonorum, ecclesiarum, monasteriorum, et beneficiorum huiusmodi competenti recepta portione, uel quantitate pro eis, in fabricam huiusmodi conuertenda ipsos sic ea tenentes, ab ulteriori eorum restitutione libere absoluere, et quod illa retinere libere possent in posterum eis etiam concedere. Ipseq;* Nuncius *&* Commissarius, *et quibus uices suas in genere, uel in specie duxisset committendas possent dubietates quascunque, tam super qualitate personarum in quibus facultas eligendi confessorem concedi posset, etiam si comprehenderetur communia Ciuitatum, uniuersitates* Oppi-

dorum, Castrorum, Villarum, et aliorum locorum, ac collegia quæ et illorum singulares personæ absolutione à præmissis, uel aliquo modo præmissorum, ac dispensatione super eis, uel aliquo eorum indiguissent, quam cætera alia dubia decidere, et summã pecuniariam pro consequenda indulgentia huiusmodi, et alijs præmissis limitare et taxare, ac facultatem eligendi confessorem huiusmodi concedere. Ac quascunque indulgentias tam à dicto prædecessore quàm à prædecessoribus suis et sede prædicta uel eius auctoritate quibuscunq; Ecclesiis, Monasterijs, Hospitalibus, etiam nostro tunc suo S. Spiritus in Saxia de Vrbe ordinis S. Augustini, et alijs pijs locis uniuersitatibus confraternitatibus cuiuscunq; qualitatis & ad quemcunq; usum etiã laicorum & clericorum institutis & singularibus personis etiã plenarias in uita, ac quascunq; facultates quibusuis personis cu iuscũq; dignitatis etiam Cardinalatus honore aut legatione fungentibus super præmissis uel aliquo præmissorum eatenus concessas (præterquàm ratione sustentationum pauperum & miserabilium personarum in Parisien. & S. Iacobi de Gallitia, ac Portugalliæ Regnis hospitalis degentium) quas quo ad illorũ usum in prouincijs in quibus dicta Hospitalia respectiue sita, secundum Cancellariæ nostræ morem terminandis, & non in aliquibus alijs locis durare uoluerat, ac expeditione contra infideles & Hæreticos concessa; etiam quascunq; clausulas præseruatiuas aduersus reuocationes & suspensiones earundem in se continentes, quando, & quotiens, et ad quod tempus Nuncio & Commissario præfato, uel deputandis & subdelegãdis ab eo uideretur opportunum suspendere, quas omnes & singulas idem Prædecessor ad sui beneplacitum suspenderat, prohibens Questas quascunq; illarum occasione fieri solitas. Et ut

animarum salus eo potius procuraretur quo magis aliorum ea egebant suffragijs animabus in purgatorio existētibus, quæ per charitatem ab hac luce Christo unitæ decesserant, & quæ dū uiuerent, sibi ut huiusmodi indulgentia suffragaretur meruerant succurrere cupiens, uoluerat & concesserat, ut si qui parentes, amici, aut cæteri Christifideles pietate commoti pro ipsis animabus in purgatorio pro expiatione pœnarum eisdem secundum diuinam iustitiam debitarum retentis, durante commissione Nuncij & Commissarij ad opus fabricæ huiusmodi, aliquam elemosinam iuxta eiusdem Nuncij uel deputādi ab eo ordinationem erogassent, ipsa plenissima indulgentia per modum suffragij animabus ipsis in purgatorio existentibus pro quibus dictam elemosinam pie erogauissent, ut præfertur pro pœnarū relaxatione suffragaretur. Ac omnes & singulos Christifideles huiusmodi de simili potestatis plenitudine & liberalitate, qui manus adiutrices ad opus fabricæ huiusmodi porrexissent, ac oēs & singulos eorundē parentes, defunctos, bñfactores, qui cum charitate decessissent in omnibus precibus suffragijs, elemosinis, ieiunijs, orationibus, missis, horis canonicis, disciplinis, peregrinationibus, & cæteris omnibus spiritualibus bonis, quæ fiebant & fieri poterant in tota uniuersali sacrosancta Ecclesia militante, & omnibus membris eiusdem, participes in perpetuum fierent. Et deinde piæ memoriæ Leo PP. X. etiam prædecessor noster præmissa omnia indulgentias & priuilegia recensens. Illaq; Motu proprio, ac de apostolicæ potestatis plenitudine approbans & confirmans, & de nouo quatenus opus esset concedens certis Commissarijs suis in quibusdam prouincijs et locis tunc expressis ad triennium ex tunc computandum deputatis potestatem concesserat omnes & singulos cuiuscunq; di-

Facultas Leo. X.

gnitatis, status, gradus, ordinis & conditionis forent, relicta et applicata prædicta penes se quomodolibet detinētes ad illorum restitutionem & solutionem & Notarios ac Tabelliones quosq; cũq; de relictis prædictis rogatos proposita illis cōpetēti mercede, ad ostendendũ eis ad præmissorũ effectũ totiens quotiēs requisiti forent, eorum libros & prothocolla, & dandum particulas relicta & applicata concernentes, in publicam & auctenticam formam appellatione postposita cogendi, & compellendi.

Et quoniam sicut dictus Leo prædecessor fidedignorum testimonys acceperat, in locis prædictis quãplures existebant, qui ẽt, relicta certis locis & personis sub aperta & speciali expressione, & etiam ex uoto post annum illa soluere & exequi etiã requisiti contemnebant, contra defunctorum uoluntatem, in animarum suarum & locorum, et personarum quibus relicta erãt præiudicium, et iacturam, uolens animabus ac locis et personis prædictis opportune consulere, eisdem Commissariis insolidum etiam dederat in mandatis, ut requisiti ab executoribus testamentorum seu locis & personis prædictis uel eorum nomine facta aliqua compositione cum eis, super certa parte in quam conuenirent, Fabricæ prædictæ applicanda, in quam quantum ad id ipsorum testantium & relinquentium in fauorem dictæ fabricæ, motu ac de plenitudine prædictis, & ex certa scientia uoluntatem commutauerat, omnes & singulos dictorum sic relictorum detentores ad effectualem solutionem cogerent & cōpellerent, ac soluentes de receptis quietandi & absoluendi. Necnõ ad id tot quot duxissent opportunos cum simili aut limitata potestate subsstituendi, facultatem & potestatem, ipsisque soluentibus, ac quietantiam à dictis Commissarys obtinentibus plenariam indulgentiam & remissionem omnium peccatorum

suorum, & si seculares forent quod possent ad usum censurae rum prædictarum eligere sacerdotem idoneum quē uoluissent concesserat, ac quod præfati deputati eisdem Commissarijs com putum & rationem de receptis reddere tenerentur, ac Com missarij & deputati prædicti possent & ualerent relicta et ap plicata prædicta, quæ immobilia forent per publica bandimenta plus offerenti uendere & perpetuo alienare, & mobilia quæ transferri commode possent ad fabricam ipsam absq; aliqua so lutione pedagij seu gabellæ transferre uoluerat. Et deputādos prædictos, à potestate & iurisdictione quorumcunq; Legatorū ordinariorum omnium tam Ecclesiasticorum quàm secularium et nulli alteri nisi ipsi Leoni prædecessori, et certo tūc expres so Iudici uoluit subiacere, certis etiam adiectis in contrafacien. pœnis exemerat. Ac successiue per eum accepto quòd Commis sarij per eum deputati prædicti in prosecutione præmissorum multa inuenerant uota itinera siue peregrinationes diuersis ec clesiis in testamentis, & aliis ultimis uoluntatibus relicta fuis se, et adhuc tunc inexecuta manere, quodq; tam hæredes quàm fidecommissarii huiusmodi uotorum, ac aliæ particulares perso næ officiales commissioni sibi factæ conabantur opponere, et cō traire, aliiq; complures pias testatorum dispositiones auaritia ob cecati, aut alia minus iusta causa uiolare nitebantur, et in pro priam siue aliorum utilitates conuertere, ac quod quāplures pre sbyteri et Clerici, ac Religiosi diuersorum ordinum, ac piorum locorum etiam seculares curam habentes inueniebantur, qui nō solum ad eosdem Commissarios, ut ipsis Presbyteris Clericis Religiosis et secularibus ex dictorum locorum negociis in exi gendo relicta eis, et eorum locis facta Commissarii ipsi fauerēt et cum eis pro aliqua parte in usum dictæ fabricæ conuertēda

conuenire non curabant, uerum etiam requisiti ad id faciēdum aut dicebant illa nolle exigere, & quequam ad solutionem uexare, aut mentitis & confictis quietantijs debitores absoluebāt in fraudem ipsius fabricæ, ac Ecclesiarum & locorum prædictorum præiudicium, ac quod Notarij & Tabelliones conabantur ab eis pro testamentorum & scripturarum ostensione mercedem extorquere, declarauerat suæ intentionis fuisse præfatos Commissarios suos uota itinera, & uisitationes prædicta in testamentis & ultimis uoluntatibus huiusmodi quomodolibet annotata in usum dictæ fabricæ commutare, ac quod dicti Commissarij ipsa inquirere petere & exigere possent. Decernens omnes & singulos cuiuscunq; dignitatis ordinis & religionis existentes tam Ecclesiasticos q̄ Mondanos fraudem & falsitatem aliquam committentes, aut quietantias, uel scripturas aliquas machinantes, aut facientes propter quas præiudicium ipsi fabricæ, aut impedimentum uel damnum oriri potuisset uel inferretur, & eos qui nolle exigere asseruissent, ut præfertur maioris excommunicationis sententiæ subiacerent. Et nihilominus eosdē Commissarios suos contra suspectos in præmissis per uiam inquisitionis, summarie, simpliciter & de plano procedere, & repertos culpabiles condignis pœnis afficere possent & ualerēt. Notarios uero & Tabelliones præfatos pro eorum competenti mercede de duobus cum dimidio pro quolibet cētenario quod uigore instrumentorum suorum effectualiter exigeretur contentos esse uoluerat, & eos plus petere nō posse, & tamen ad ostendendum libros & eorum prothocolla teneri decreuerat quotiens ab eis fuissent requisiti absq; alia expectatione mercedis sub eadem pœna excommunicationis, relicta eorum uero & aliorum quibus non solum à septennio infra, sed etiam quocūq;

tempore

tempore ultra facta forent uoluerat sub commissionibus suis cõ præbendi, & ipsi fabricæ applicata esse prout applicauerat, ac uoluerat super relictis pro rata eidem fabricæ obuenienda etiã super hæreditatibus in quibus usufructuarij ad tempus seu ad uitam ipsorum, aut deputati, & in quibus illa soluendi à Testatoribus limitatum terminum fore reperirent, etiam ante annum à die obitus eorundem Testatorum computandum, ipsa relicta pro dicta fabrica exigere, ac relicta & alia dictæ Fabricæ applicata per ordinarios locorum uel eorum nomine eatenus exacta ab ipsis ordinarijs penes quascunq; personas existentia pro dicta Fabrica uendicare, ac etiam relictorum certis personis factorum, & infra annum etiam non executorum quintam partem pro ipsa fabrica, etiam si quibus relicta ipsa facta essent uoluerint illa inexacta relinquere accipere possent & ualerent. Et quoniam in literis facultatum & indulgentiarum in fauorẽ dictæ fabricæ concessarum, & per dictum Leonem prædecessorem confirmatarum inter alia cõtinebatur, ut Nuncij & Cõmissarij ipsarum facultatum & indulgentiarum & ab ipsis deputandi possent cum retinentibus relicta facta incertis personis uel absentibus taliter quod propter eorum absentiam merito ab eis notitia haberi non posset recepta competenti portione uel quantitate prout superius enarratur componere, ac eos absoluere. Et si nonnulli tenentes relicta huiusmodi neglexissent eatenus cũ dictis Commissarijs componere, uoluerat etiam, ut illos sic ea tenentes uel quomodolibet occupantes ad consignandum illa integra eisdem Commissarijs suis pro dicta fabrica cogere & compellere ualerent summarie simpliciter, & de plano, sola facti ueritate ĩspecta, ac omni tela iudiciaria postbabita, censuris, & pœnis ecclesiasticis, & alijs pecuniarijs de quibus

eis uideretur, inuocato etiam si opus foret auxilio brachij secularis, super quibus omnibus, & singulis plenam eis, & eorum cuilibet insolidum concesserat facultatem & potestatem. Et subsequenter idē Leo prædecessor per reliquas suas literas ad certum similiter tempus duraturas, certis Commissarijs deputandis seu nominandis inter alias consimiles supra expressas facultates in uigintiquinq; Prouincijs, & sub quibus Prouinciæ supra expressæ existebant cōcesserat, quod ipsi Commissarij eis qui sine confessione moriebantur, etiam si infra annum non fuissent confessi, dummodo in eis signa contritionis in articulo mortis apparuissent, ut in loco sacro sepeliri possent concedere, & contradictores similes pœnas incurrisse declarare, ac summam pecuniarum pro consequenda indulgentia huiusmodi, & alijs præmissis, ac facultatem eligendi confessorem limitare, & taxare. Necnon Nobilibus & presbyteris, ac graduatis Altare portatile, quod cum debitis reuerentia, & honore retinerent, et super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis etiam non sacris, & ecclesiastico interdicto generali, & speciali tam Apostolica q; ordinaria auctoritate suppositis, dummodo causam nō dedissent huiusmodi interdicto, & antequam illucesceret dies circa tamen diurnam lucem, in sua, ac suorum familiarium domesticorum præsentia, iuxta formam capituli. Alma de sententia excommunicationis lib. sexto Missas, & alia diuina officia per seipsos qui Presbyteri erant, aut pro tempore forent, celebrare, seu per alios Sacerdotes celebrari facere, ac tēpore interdicti huiusmodi diuinis interesse, ac Eucharistiam, & alia ecclesiastica Sacramēta sine alicuius præiudicio, præterquā in die Dominica Resurrectionis, accipere, & eorundem corpora Ecclesiasticæ tradi possent sepulturæ, sine tamen funerali pompa

Aliæ facultates Leonis X.

concedere. Necnon quæcunq; iuramenta in quibuſuis contra-
ctibus inſtrumentis obligationibus præterquam in forma Ca-
meræ appoſitis ad effectum agẽdi dũtaxat relaxare, & ab eis,
et à quocunq; periurio, ſine tamen tertij præiudicio abſoluere,
ac quaſcunq; indulgentias etiam illas à media Quadrageſima
uſq; ad Paſcha incluſiue ab ordinibus mendicantium publicari
ſolitas, tam ab eodem Leone q̃ à ſuis prædeceſſoribus, & à ſe-
de prædicta uel eius auctoritate quibuſcunq; Eccleſijs Monaſte
rijs, Hoſpitalibus etiam ſancti Spiritus prædicto, & alijs pijs lo
cis, Vniuerſitatibus, Confraternitatibus, cuiuſcunq; qualitatis,
& ad quæcunq; uſum etiam Laicorum, & Clericorum inſtitu
tis, & ſingularibus perſonis cuiuſcunq; dignitatis etiam Cardi
nalatus honore, aut Legationis officio ſungentibus ſuper præ-
miſſis uel aliquo præmiſſorum hactenus tunc conceſſas, ac ex-
peditionis contra Turchas, & Hæreticos, etiam quaſcunq; regu
las præſeruatiuas aduerſus reuocationes, et ſuſpenſiones earun
dem in ſe continentes certis locis tunc exceptis quando, & quo-
tiens, & ad quod tempus Nuncio, et Commiſſario præfato uel
deputandis, & ſubdelegandis ab eo uideretur opportunum ſu-
ſpendere, prout idem Leo illas ſuſpenſas fore declarauit, ac pro
ceſſiones publice ad effectum indulgentiarum publicationũ fie-
ri, & populum, ac Religioſos omnes cuiuſcunq; ordinis etiam
exemptos pro huiuſmodi operibus peragẽdis ad ſonum campa-
næ euocari facere poſſent, dictiq; congregati tenerentur, ſub
excommunicationis pœna procedere relicto digniori loco depu-
tatis, & ſubdelegatis ad ipſas indulgentias exequẽdas. Et dicti
Commiſſarij à cenſuris, & pœnis prædictis ſatiſſactione præ-
uia abſoluere, & illas remittere, ac ſuſpenſionem huiuſmodi in
dulgentiarum relaxare, ualerent. Quodq; etiam tranſumptis,

Faculiates Clementis PP. VII.

& confessionalibus in dictis prouincijs insulis, & finibus quibusuis personis per praefatum Nuncium, & Commissarium, ac deputandos, & subdelegandos ab eo subscriptis & suo sigillo, dũtaxat munitis fides adhiberetur apostolica auctoritate per literas praedictas licentiam, & facultatem concesserat, & uoluerat atq; mandauerat. Et postremo recolendae memoriae Clemens PP. VII. similiter praedecessor noster. Volens opus praedictũ, quod per praedecessores praedictos perfici nõ potuerat totis uiribus aggredi, ut id facilius facere posset, Collegium sexaginta uirorum, quos ex quibusuis nationibus, eligi, & ab omni superioritate, Dominio, potestate, iurisdictione, et auctoritate quarumuis personarum quauis dignitate, et excellentia etiam Cardinalatus, & Legationis de latere officio, & facultate fungentiũ etiam ratione Archipresbyteratus dictae Basilicae quoad omnia, & singula quae fabricam huiusmodi concernebant auctoritate apostolica exemptos, et totaliter liberos, ac sub sua, et sedis praedictae protectione susceptos, ita, ut nullum alium, quàm pro tempore Romañ. Pontificem in superiorem recognoscerent nulliq; alij subijcerentur uoluit, erexerat, et instituerat, eidem collegio omnimodam administrationem curam, et directionem, ac omne regimen plenarie committendo. Cum potestate ex eis officiales ad tempus tam ad iustitiam ministrandam contra debitores fabricae quam ad opus huiusmodi prosequendum eligendi. Illisq; salaria decentia constituendi, et tam circa prosperum regimen, et debitum ordinem ipsius collegij quam committentium fraudes in dispensatione prouentuum dictae Fabricae mulctas, et alia Fabricam ipsam concernentia statuendi, et disponendi, ac uoluerat quòd omnia, et singula pecuniae res, et bona debitas, et debenda, etiam piae oblationes tam in dicta Vrbe q; extra eã

pro opere dictæ fabricæ erogandæ penes collegium seu officiales, aut per eos deputañ depositarium, necnon claues Archarii, & trunchorum ubi pecuniæ, & elemosinæ in ipsa Vrbe reponebantur custodirentur, ad opus dictæ fabricæ, & non ad aliũ usum omnino exponenda, etiam si per eundem Clementem prædecessorem, & successores suos, etiam per mandata seu uiuæ uocis oraculo aliter disponeretur. Quodq; omnia, & singula per inferiores officiales præfatos pro tempore acta, & gesta, subscriptione officialium deputandorum, & sigillo collegij prædictorum munita ualerent, plenamq; roboris firmitatem obtinerẽt, ac si per Camerarium suum ac præsideñ. dictæ Cameræ gesta & facta fuissent, pacta, quoq; dilationes, transactiones, relaxationes, siue remissiones pro quiete mentis debitorum ipsius fabricæ faciendæ, eandem uim & authoritatem haberent, ac si cum eo & successoribus suis prædictis ac Camerario & præsidentibus Cameræ confecta, & celebrata fuissent, nec in aliquo alio per Camerarium, & præsidentes præfatos seu quoscunq; alios officiales molestari aut inquietari possent, ac quod collectores pro exigendis hæreditatibus, legatis, aut alijs bonis ex donationibus causa mortis seu irreuocabiliter inter uiuos dictæ fabricæ factis, seu faciendis, ac pijs elemosinis tam in curia, & Basilica prædictis, quàm extra eandem curiam, & in quibuscunq; ciuitatibus, diocesibus, et locis erogandis deputari, eligi, et transmitti non possent per alios quàm per collegium præfatos, Ita ut ab eis deputati, & electi sine impedimento aliquo, et cũ mentis quiete officium eis commissum exercere ualerent, eorumq; familiares (clerici dũtaxat) ad opus fabricæ huiusmodi deseruientes, durante illorum officio & eius exercitio dũtaxat, ab omni superioritate & iurisdictione quorũq; ordinariorum liberi &

exempti, ac sub sua, & dictæ sedis protectione constituti essent, & esse censerentur. Quodq; communitas ciuitas & uniuersitas loci in quo seu qua collector deputatus foret adiungere deberent unum ciuem Laicum bonæ famæ, et facultatibus idoneũ, qui simul cum collectore exactionibus interueniret, & computum teneret, ac de actis fidem collegio præfatis faceret, & de gratijs spiritualibus & temporalibus quibus gauisus foret collector gauderet. Quodq; omnia, et singula bona dictæ fabricæ quouis titulo relinquenda per subhastationem plus offerenti liberarentur. Et ne contingeret Collegium huiusmodi litibus inuolui, & solutiones differri quod collegium præfati ordinariam iurisdictionem exercere & de quibusuis causis quorumcunq; debitorum quarumcunq; summarum & ex quauis causa contractorũ cum peritorum Consilio cognoscere & iudicare, ac ad instantiã Icconomi seu procuratoris ipsius fabricæ per Collegiũ præfatos deputandi contra quoscũq; dictæ fabricæ ex quibusuis causis debitores cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, uel conditionis forent præsentes in dicta Curia manu regia consito de debitis per instrumenta seu per testes Idoneos parte citata examinandos clare, & concludenter debitum probantes, aut alias legitimas probationes etiam si debitum mediate ex quouis titulo etiam cessionis libere, et sine fraude, nec ad commodum aliquod cedentis factæ, seu applicationis, ad ipsam fabricam pertineret sola solemnitate à iure naturali introducta uel si expediret unica citatione dũtaxat personaliter uel ad domũ solite eorum habitationis si uideretur, facienda præcedente, absq; aliã tela iudiciaria, etiam singulis diebus, et temporibus etiam dicto Clemente & successoribus suis à Romañ. curia absentibus, & sede uacante usq; ad effectualem executionem, necnon contra capitula

Collegia, communitates, & uniuersitates, ac personas, res, et bo na ad dictam fabricam spectantia habentes & detinentes etiā uigore monitorij penalis per ipsos collegium sub censuris, & pœ nis eidem fabricæ si res, & bona huiusmodi nō restituerint ap plicandis decernendi, & contra contumaces unica uel pluribus citationibus si uideretur præcedentibus etiam per affixionem in ualuis dictæ Basilicæ etiam per censuras, & pœnas ecclesiasti cas, ac alia opportuna iuris remedia procedendi, ac capitula, col legia, communitates, uniuersitates, et personas huiusmodi citan di, & monendi, ac excommunicationis sententia innodandi à di uinis suspendendi, ac excommunicatos, & suspensos declaran di, necnon excommunicationis, & alias censuras, & pœnas quo tiens opus foret, etiam iteratis uicibus aggrauandi, auxiliumq; brachy secularis inuocandi, interdictum quoq; generale, & spe ciale, tam in ecclesiis, q̄ ciuitatibus, & locis in quibus inobedien tes huiusmodi moram traherent, & ad quæ eos declinare cōtin geret apponendi. Illudq; suspendendi tollendi, & reuocandi, ac quæcunq; alia remedia per præsidētes dictæ Cameræ exer ceri solita exercendi, ac causas nullitatis præmissorum, & ap pellationis ab illis cognoscendi, quauis, etiam pro tempore ad si gnaturam iustitiæ deputatum Cardinalem seu S.R.E. Vicecan cellarium super nullitatibus, & appellationibus huiusmodi si gnanda commissione, non obstante, præterquam si per Clemen tem prædecessorem, & successores prædictos dictis officialibus uocatis, signatæ forent cognoscendi. Et quod de processu nul litate non posset dici, neq; cognosci, sed perinde reiectis nullita tibus, etiam censurarū, ac si de nullitate declaratum fuisset pro pter periculum animarum etiam si ex actis de illis constaret, de nouo ī negocio principali procedi posset nisi de iniustitia negocij

cognosci

principalis ex actis constaret, seu alias, infra breue tempus apparere posset. Quodq; decrem, et mādata per eosdē officiales facta per officiales Vrbis Barisellū, et Marescallū exeq debere, et illorū executiones quomodolibet per Camerarium suum, & Camerę Pręsidentes huiusmodi seu per literas salui cōductus, ac dilationes, etiam cum cautione, nec etiam per quosuis officiales etiam S.R.E. Cardinales sede uacante etiam collegialiter impediri posse. Quinimmo quoscunq; quomodolibet impedientes, et pręmissis contrafacientes ac bonorum, & iurium ad dictā fabricam pertinentium occultatores, sententiam excommunicationis eo ipso incurrere, nec ab illa posse nisi per officiales prędictos pręuia satisfactione, seu in mortis articulo cōstitutos pręstita cautione de satisfaciendo absolutionem consequi. Notarios quoq; & Rectores Parrochialium Ecclesiarum uel eorum Vicarios de donationibus rogatos, seu de illis notitiam habētes, collegio seu collectoribus, si pręsentes, alioquin in curia Episcopali loci intimare, teneri decreuerat. Quę omnia et singula uim pacti, & contractus inter eum & collegium pręfatos initi etiam iuramento uallati ad effectum, ut non liceret sibi nec successoribus suis illa reuocare habere censerentur, certis etiam desuper executoribus deputatis similiter per quasdam. Ac demum idem Clemens prędecessor ad Biennium futurum, & ultra ad beneplacitum suum eisdem collegio, & Christifidelibus nonnullas ultra prędictas alias facultates indulgentias, & peccatorum remissiones concesserat, inter quas quod ipsorum cadauera, etiam tempore interdicti auctoritate ordinaria suppositi absq; pompa Ecclesiasticę tradi possent sepulturę, ac quācunq; Ecclesiam uel capellam per eos eligendam deuote uisitando, tot, et similes indulgentias, & peccatorum remissiones consequerentur quas

Alię facultates Clementis VII.

consequuti

consequuti forent, si singulis diebus quadragesimalibus singulas dictæ Vrbis, & extra eam Ecclesias quæ à Christifidelibus propter stationes Vrbis uisitari solebāt personaliter uisitassent. Ac ut eisdem Quadragesimalibus, & alys temporibus prohibitis Ouis, Caseo, Butiro, et alys lacticinys, carnibus uero de utriusq; medici consilio frui uti, & uesci libere & absq; conscientiæ scrupulo possent, & ualerent. Ipsiq; collegiū, & ij, quibus uices suas in genere uel in specie duxissent committendas possent summam pecuniarum pro præmissis declarare, taxare, & limitare, necnon facultatem eligendi cōfessorem per eorum patentes literas suo sigillo munitas absq; eiusdem Clementis prædecessoris literarum insertione concedere. Præterea Nobilibus & Præsbyteris ac graduatis indulgere, ut haberent altare portatile super quo cum debitis reuerentia, et honore in locis ad id congruentibus, & honestis, etiam non sacris, & Ecclesiastico interdicto ordinaria, auctoritate prædicta suppositis. dummodo causam non dedissent huiusmodi interdicto, etiam antequam illucesceret dies, circa tamen diurnam lucem, in sua, & suorum familiarium domesticorum præsentia, missas, & alia diuina officia per seipsos qui præsbyteri essent, uel pro tempore fuissent celebrare, seu celebrari facere, ac tēpore interdicti diuinis huiusmodi interesse libere possent auctoritate apostolica licētiam, & facultatem concesserat. Mandans uniuersis & singulis locorum ordinarys, Abbatibus, & alys quibuscunq; cuiuscunque dignitatis, gradus, & præeminentiæ existentibus, sub excommunicationis, & certis alys etiam pecuniarys pœnis, ne publicationem literarum Clementis prædecessoris huiusmodi desuper faciendam impedire. Neue aliquid pul licationis prætextu petere, ac etiam à sponte offerentibus recipere, aut dolum, uel

fraudem aliquam in præmissis, & circa ea committere, nec il-
los quos absolui, & cum quibus dispensari ab ipsis collegio uel
deputandis ab eis contingeret quouismodo molestare uel impe
dire, aut pœnas aliquas pro casu in quo, ut præfertur dispensa-
tum fuisset ex statuto cõsuetudine seu alias exigere per se uel
alium, seu alios quouismodo auderent, uel præsumerẽt. Et post-
modum per nos etiam accepto quod à quam pluribus in dubium
reuocabatur, an reuocationis per nos in Craslinum nostræ as-
sumptionis ad Summi apostolatus apicem in genere factæ uigo-
re indulgentias facultates, & priuilegia tam per præfatos q̃
Adrianum Papam VI. prædecessores nostros fabricæ, et col-
legio præfatis concessa comprehendere intendissemus. Nos
motu, & scientia similibus indulgentias, etiam plenarias priuile
gia, facultates, prærogatiuas, et indulta per præfatos prædecef
sores eisdem fabricæ, & collegio concessa, cum omnibus, et sin-
gulis decretis & clausulis in singulis literis desuper confectis
contentis, aduersus reuocationes. & suspensiones huiusmodi in
pristinum statum, in quo ante easdẽ reuocationes quolibet exi-
stebant præfata auctãte apost. plenarie restitueramus, reposue-
ramus et reintegraueramus, illasq; prout per dictos prædecesso
res concessa erant, in omnibus, & per omnia (quatenus opus
esset) de nouo concesseramus. Et nihilominus omnes, & singu
los fabricæ prædictæ Commissarios cuiuscunq; dignitatis, etiam
Episcopalis gradus, uel conditionis existerent eatenus quomodo
libet per collegium dictæ fabricæ deputatos. Necnon omnes cõ-
missiones, & facultates eis concessas, et factas reuocantes, eosq;
ab huiusmodi commissionibus absoluentes, collegio præfatis, &
quibusuis ab eis ad id deputatis alios Commissarios idoneos qui
ecclesias, quæ pro consequendis huiusmodi indulgentijs uisitari

Facultates Pauli PP. III.

deberent declarare, necnon super publicatione ipsarum indul gentiarum inquirere, & procedere, ac falsos Quaestores Commissarios, & Procuratores *debite punire.* Necnon *quibuscunq; Regibus, Ducibus, Principibus, & alijs tam secularibus q̃ ecclesiasticis personis cuiuscunq; gradus praeeminentiae & conditionis existentibus in quorum Dominijs districtibus, & locis aliquae* Ecclesiae *essent, quas ipsi ex elemosinis ex dictis ecclesiis colligendis reparare cupiebant, partem elemosinarum praedictarum de qua cum dictis* Regibus, *& alijs personis praefatis conuenissent ad dictum effectum dare, & assignare.* Necnon *super bonis in direptione urbis subtractis si personae illae, quibus restitui debuissent omnino ignorabantur, ad usum dictae fabricae componere, & ut illa detinentes si debitam diligentiam pro inueniendis ipsorum dominis fecissent, & ipsos inuenire non potuissent; soluta ea pecuniarum quantitate de qua eisdē* Commissarijs *uideretur ad illorum restitutionem aliter nō tenerentur, concedere, libere, & licite ualerent deputandi facultates & potestates praefatas in se etiam retinendi, ac omnia, et singula in singulis literis singulorum praedecessorum, et nostris huiusmodi contenta faciendi, procurandi, exercendi, ordinādi, & exequendi, dummodo* Commissarij *ad hoc deputandi personae essent ecclesiasticae, & speciales super eo à dicto collegio literas haberent plenam, & liberam facultatem concesseramus.*

Ac *etiam per alias, tam in dicta Basilica q̃ singulis ciuitatibus castris, terris, & locis per uniuersum orbem consistentibus, & illorū matricibus seu alijs, ad id designādis ecclesiis unā utriusq; sexus christifidelium tam ecclesiasticorum q̃ secularium societatem sub inuocatione dicti* Principis *apostolorum erexeramus, & ordinaueramus. In qua nos primo, & deinde charissimos*

Aliae facultates praefati Pauli.

in Christo filios nostros Carolũ Ro.Imp.et Franciscũ Fracorũ Regem, ac quoscunq; alios utriusq; sexus seculares, & ecclesiasticos christifideles cuiuscunq; conditionis existerẽt, qui ex eorum bonis fabricam huiusmodi iuuarent in ipsam confraternitatẽ descripseramus. Quibus confraternitatẽ ipsam infra triennium à die publicationis ingredientibus, & pro dicta fabrica, de bonis sibi à Deo collatis iuxta discretionem seu prouidam ordinationem Commissariorum desuper à nobis pro tempore deputatorum seu ab eisdem deputandorum super eo faciendã crogantibus, tam ipsis q̃ per modum suffragy animabus defunctorum quae in charitate decessissent indulgentias & peccatorum remissiones etiã plenarias per praedictos praedecessores, ac per nos in genere uel in specie ad fabricam praedictam manus adiutrices porrigentibus quomodolibet concessas. Et quae uisitantibus anno Iubilei ecclesias, ad id deputatas concedi consueuerant. Necnon illis qui cum cordis contritione, & oris confessione decesserant etiam in mortis articulo plenariam peccatorum suorum remissionem consequerentur cum communicatione omnium spiritualium bonorum quae fiebant & ex tunc in perpetuum fieri poterant in uniuersali, Sacro sancta Militanti Ecclesia, eosdem confratres quam pluribus alys spiritualibus bonis decorantes concesseramus. Ac postremo eiusdem Caroli Imperatoris, & Regis, ut eidem primogenito ecclesiae primum locũ (ut par erat) daremus subditis in Hispaniarum & illi annexis Regnis, Insulis, & Dominys excepto Regno Siciliae citra Pharum existentibus, & in eis commorãtibus, ac ad illa undecunq; uenientibus, utriusq; sexus tam secularibus q̃ regularibus ordinum quorumcunq; dictae confraternitatis confratribus, uere poenitentibus, & confessis seu cõfitendi statutis tẽporibus

propositum habentibus, qui in Natiuitatis, & Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum uel tribus alijs festiuitatibus per Commissarium per nos deputandum quolibet ex tribus annis designandis aliquas ecclesias, seu altaria dicto triennio durante uisitarent, & in capsis ad id deputandis aliquam piam eleemosynam iuxta eiusdem Cõmissarij, seu ab eo deputandi ordinationem pro fabrica huiusmodi prosequenda per se uel alium effectualiter ponerent plenissimam, etiam Sacro Iubilei centesimo anno ecclesias Vrbis Romæ uisitari solitas uisitantibus, & ad recuperationem terræ Sanctæ, & Sacræ Orthodoxæ fidei Catholicæ, & Dominicæ Crucis hostium expugnationem proficiscentibus, ac omnes & singulas gratias illis concessas, & concedi solitas concesseramus cum potestate eligendi sibi confessorem, qui ad effectum indulgentias huiusmodi consequendi confessionibus auditis eos ab omnibus, & singulis sententijs & censuris ecclesiasticis quomodocunq; à iure uel ab homine in eos latis, necnon peccatis criminibus excessibus & delictis quantumcunq; grauibus et enormibus, etiamsi illorum absolutio sedi Apostolicæ reseruata existeret, & præterquam conspirationis in personam Romañ. Põtificis aut statum Romanæ Ecclesiæ occisionis, uel uerberationis Episcoporum aut aliorum Prælatorum, & iniectionis manuum uiolentarum in illos falsificationis literarum Apostolicarum, aut delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad infidelium partes atq; sententiarum, & censurarũ occasione Alumnum Tulphæ nostræ, ac de partibus infidelium ad fideles cõtra prohibitiones nostras delatorum. Necnon Ecclesiasticæ libertatis, ac priuilegiorum sedi Apostolicæ, etiam ex consuetudine competentium, ac aliorum id & executionem literarum, &

mandatorum Apostolicorum etiam in bulla in die Cœnæ Domini legi consueta, ac alijs Apostolicis constitutionibus comprehensorum concernentia quomodolibet uiolatorum incursarum semel tantum absoluat eligendi, & pro animabus defunctorũ cum communicatione bonorum spiritualium prædictorum, et stationum Vrbis indulgentiarum, necnon Esus, Ouorum, Butiri, & lacticiniorum temporibus prohibitis ad eorum libitum, & carnium de utriusq; medici consilio licentia, & concessione, & cum eisdem seu similibus facultatibus Commissarijs, ad id deputatis, seu ab illis subdeputãdis per prædictos prædecessores nostros seu ab eis deputari solitis iuxta tenorem prænarratarum literarũ seriatim in nostris desuper expeditis literis descriptis, & annotatis concessione, necnon prædictis Commissarijs, ut præmittitur deputandis quod eos qui arctati forent, & uigesimumtertium suæ ætatis annum attingerẽt, ut ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines promoueri, & unum beneficium ecclesiasticum obtinere. Necnon cũ quibusuis Religiosis professis, & non professis quorumcunq; ordinum, & quacunq; licita facultate, et cum secularibus clericis seu presbyteris qui graduari uelint etiam in quacunq; uniuersitate etiam leges audire eisq; studere, ac in ipsis graduari usq; ad doctoratus gradum inclusiue similiter ualerent. Et cum eisdem Religiosis, qui relicto Religionis habitu per seculum uagantes apostasiæ notam seu irregularitatem contraxerint, & deinde pœnitentia ducti ad cor redierint, quando inde uerisimiliter scandalum expectari non posset, & cum his qui de ordine suo ad alium ordinem parem uel strictiorem transferri cuperent. Necnon cum ipsis, ac etiam quibuscunq; monialibus cuiusuis qualitatis, et ordinis existerẽt, ut de superiorum suorum licentia, & ea durante Monasteria

exire, & cum parentibus, et alijs ecclesiasticis personis seu secu laribus conuersari, & corporalia, & alia ecclesiæ ornamenta dummodo per presbyterum primo uel per eas cum chirotecis abluerentur abluere, & mundare totiens quotiens opus foret li centiam, & facultatem concedere, quodq; eos qui moniales etiã uelatas commatres, sorores, consanguineas carnaliter damnabi li, & incestuoso coitu cognouissent, aut aliud quodcunq; carnale crimen cuiuscunq; qualitatis existerent commisissent, absolue re, ac eos qui in quarto uel tertio, & quarto si tamen ab eodem stipite penderent, & non alias, affinitatis uel consanguinitatis gradibus inuicem coniuncti, ac quocunq; impedimento publicæ honestatis iustitiæ præterq; inter leuatum, & leuantem, etiam cognatione spirituali detenti, & etiam carnali copula subsequu ta contraxissent, ac etiam qui huiusmodi matrimonijs etiam clan destinis interuenissent seu præsentes, & consentientes fuis sent, à censuris propterea incursis absoluere, ac cum eis ut in sic contractis matrimonijs remanere. Et cum his qui in casibus prædictis contrahere uoluissent, ut matrimonium adinuicem cõ trahere possent dispensare ualerent. Decernẽtes præmissa om nia per eundem Commissarium sic facienda, in utroq; foro ua lere quibusuis contrarijs nequaquam obstantibus. Cum nos per alias nostras literas similiter accepto per nos quod nonnulli Ho spitalium etiam nostri S. Spiritus præfati, & S. Ioãnis Lateran. ac S. Iacobi incurabilium de Vrbe. Et monasteriorum, S. Seba stiani extra muros dictæ Vrbis ac S. Antonij Viennen. Cister cien. & S. Augustini, ordinum ac mercedis redemptionis Capti uorum etiam S. Helmi, S. Bouis, S. Bernardi, S. Leonardi S. Mar thæ, S. Catherinæ Montis Sinay, S. Viti, & S. Mariæ della He remita, Quæstores, & Commissarij non obstante suspensione

Aliæ facultates præfati Pauli.

privilegiorum super quæstis faciendis, & confratribus descri-
bendis, & indulgentijs publicandis concessorum, ac suppressio-
ne Capellarũ sub invocatione S. Sebastiani, ac revocatione Cõ-
missariorum, Nunciorum, & quæstorum, uigore privilegiorum
prædictorum constitutorum, ac prohibitione faciendi quæstas, et
indulgentias, & alias gratias publicandi, ac confratres descri-
bendi, & confessionalia concedendi, & in certis casibus matri-
monialibus dispensandi, quæstas facere, & alia prædicta exer-
cere minime erubescebant, & successiue etiã non obstante alia
prohibitione, à nobis desuper narrata, nonnulli etiam quæstores
& Commissarij, tam prædictis quàm alijs forsan nominibus ui
gore privilegiorum prædictorum, & forsan aliorum, etiam à no
bis licet contra mentem nostram emanatorum, tam quæstas fa-
cere quàm indulgentias, & alia ut præfertur prohibita, publica
re, & exercere, ac diversas pecuniarum summas res & bona
exigere, & aliqui forsan sibiipsis appropriare non desiiterant,
omnes & singulas pecuniarum summas res & bona ex quæ-
stis elemosinis & indulgentijs, & alijs prædictis eatenus pro-
uenta, & penes quæstores, & Commissarios præfatos, ac Nun
cios, ministros, Thesaurarios, Depositarios, loca, collegia, & uni
uersitates existentia, quæ eatenus Hospitalibus, Monasterijs,
& alijs locis prædictis minime incorporata fuerant dictæ fabri
cæ, & illius collegio, & Deputatis concessissemus; & applica-
uissemus, omnesq; Quæstores, Cõmissarios, Nuncios, et alios of
ficiales præfatos reuocauissemus, omnemq; facultatem potesta-
tem, & auctoritatem quæstuandi, indulgentias, & alias gratias
publicandi, confratres describendi, confessionalia concedendi, in
gradibus matrimonialibus prohibitis dispensandi, ab homicidijs
casualibus seu uoluntarijs, ac Symoniæ labe absoluendi, ac uota
cõmutandi,

commutandi, & forsan alia exercēdi, à Quæstoribus Commissarijs ministris Thesaurarijs, Depositarijs, & alijs prædictis, necnon Guardianis, Officialibus, & alijs superioribus, Hospitalium monasteriorum, etiam redemptionis captiuorum, & aliorū locorum prædictorum priuilegia, & facultates, eos substituendi, & deputandi habentibus, abdicauissemus, & amouissemus, Ita quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus quæstores et Commissarij, & alij officiales ad quæstas, et alia prædicta exercenda, ab aliquibus etiam à nobis & successoribus nostris Romañ. Pontifi. constitui & deputari non possent, nisi ipsis constitutioni & deputationi Collegij Deputatorum fabricæ huiusmodi: expressus accederet assensus, cum mandato uniuersis, et singulis præfatorum Hospitalium Monasteriorum, & aliorum locorum prædictorum, ut pecunias res, & bona ex quæstis Indulgentijs, & alijs prædictis acquisita & ut præfertur dictæ fabricæ applicata, & concessa penes ipsos existentia, & nondum ut præfertur incorporata præfatæ Fabricæ et pro ea præfatis collegio Deputatorum & illorum officialibus ad opus, & utilitatē dictæ fabricæ exponenda & conuertenda persoluerent, & assignarent, eisdem uero et pro tempore existentibus deputatis, & præfatis fabricæ huiusmodi, ut quæstores Commissarios, & alios officiales, ac personas penes quos pecuniæ res & bona huiusmodi existebant, sub pœnis & censuris de quibus eis uideretur tam posteriorum prædictorum quàm aliorum priuilegiorum dictæ fabricæ & illius deputatorum collegio concessorum uigore ad solutionem & consignationem huiusmodi faciendam cogerent & compellerent, ac easdem posteriores literas, & in eis contenta quæcunq; inuiolabiliter obseruari mandarent, & facerent, inobedientes & rebelles, ac contradictores quoslibet per

pœnas et censuras prædictas auctoritate nostra appellatione post posita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus esset auxilio brachij secularis, ac post publicationem posteriorum literarū nostrarum prædictarum nonnulli locorum ordinarij eorumq; Vicarij officiales & alij ministri lucri (ut creditur) cupiditate ducti in contemptum literarum nostrarum earundem & pœnarum in illis contentarum, nonnullis Hospitalium Monasteriorum, & aliorum locorum prædictorum, quæstoribus, & Commissarijs, Quæstas prædictas faciendi aliaq; prædicta exercendi, ac diuersas indulgentias publicandi licentias, per eorum patentes literas expresse concedere & impartiri non erubescerent, uel ipsos publicæ quæstuare permitterent, seu dissimularent, in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplum, ac scandalum plurimorum. Nos circa præmissa prouidere cupientes, Vniuersis & singulis tam locorum ordinarijs eorumq; Vicarijs officialibus, & ministris q; alijs quibuscunq; ecclesiarum Prælatis sub ingressus ecclesiæ, ac suspensionis a diuinis, necnon excommunicationis maioris alijsq; ecclesiasticis sententijs, & duorum millium duc. auri de Camera dictæ fabricæ applicandorum pœnis per eos, eo ipso, absq; aliqua declaratione quotiens contrauenirent incurrendis, districtæ precipiendo mādauimus, quatenus ex tunc de cætero aliquas quæstuandi, et indulgentias publicādi licentias, & desuper literas quibusuis quæstoribus, & alijs personis etiam prætextu cuiusuis antiquæ consuetudinis, uel possessionis, eisdem ordinarijs similes licentias cōcedendi, & aliquam partem ex quæstis, & indulgentijs huiusmodi exigendi, & percipiendi, & seu uigore quorūcunq; priuilegiorum, & indultorum, ac literarum apostolicarum eis hactenus concessorum, uel in posterum concedendorum; absq; ex-

pressa licentia eiusdem fabricæ deputatorum nullatenus conce-dere uel impartiri præsumerent nec ipsos quæstores publicæ quæstuare permitterent, seu tacendo dissimularent. Quinimo eos ad parendũ reuerenter posterioribus literis nostris præ-dictis & in illis contentis quibuscunq; omnino cogerent ac com-pellerent. Insuperq; eisdem deputatis eorumq; Commissarijs contra eosdem ordinarios illorumq; Vicarios et Ministros, nec non quoscunq; alios ecclesiarum Prælatos superiores & perso-nas, tam seculares quàm quorumuis etiam mendicantium ordi-num regulares quæstas facientes, in euentum contrauentionis ad declarationem incursus censurarum & pœnarum prædicta-rum procedendi, necnon quæstores præfatos quæstas facientes, & indulgẽtias huiusmodi absq; ipsorum deputatorum expres-so consensu ubilibet publicantes, capiendi & incarcerandi, seu incarcerari faciendi, illosq; tãquàm inobedientes, & rebelles mulctandi, & ad Triremes perpetuo uel ad de quo eis uidere-tur tempus relegandi, ac pecunias per eosdem questores occasio-ne dictarum indulgentiarum uel quæstarum quomodolibet acq-sitas eidem fabricæ, ut præfertur applicatas ab eis & eorũ sin-gulis etiam inuitis & renitentibus uiolenter auferendi, necnon pro præmissis omnibus exequendis auxilium brachij secularis quotiens opus foret inuocandi, omnimodam concessimus faculta-tem. Quibuscunq; nobis et eidem sedi immediate subiectis sub eisdem sententijs censuris & pœnis, tunc mandantes, alios uero nobis non subiectos Iudices & personas seculares in domino hortantes, ut si & postq; pro parte dictorum deputatorum, & Commissariorum forent requisiti, in præmissis auxilium, & fa-uorem, ac remedium opportunum præberent, prout in singulis nostris & prædecessorum prædictorum literis, quarũ singularũ

tenores, ac si de uerbo ad uerbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis haberi uolumus dicitur plenius contineri,

D. spositiua. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, à nõnullis forte nimium scrupulosis dubitatum fuerit, an priuilegia indulta, & facultates per prædictos prædecessores Commissarys, & Collegio prædictis concessa per eosdem Franciscum Paulum Petrũ Philippum Episcopos Ioan. Baptist. & Raphaelem Modernos ad opus dictæ fabricæ deputatos, aut aliquos ex eis sub nomine dicti Collegy hactenus exercere uel eis uti potuerint, & in futurũ possint, hactenusq; per eos sub nomine dicti Collegij prædicta fabrica gesta, ualida existant, pro illorum parte nobis fuit humiliter supplicatum, ut desuper opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur quibus in sacra beati Petri Sede meritis quãquam insufficientibus collocatis conuenit opem & operam impendere efficaces ut eiusdẽ beati Petri Basilicam, ac illius fabricæ Rectores, & ministros. Necnon priuilegia facultates & indulta eis concessa illæsa præseruare studeamus. Consyderantes diligentiam quam primo dicti Franciscus, & aly deputati in opus dictæ fabricæ, quod dicti prædecessores, ut prædicitur perficere non potuerunt, iuxta mentem nostram reassumendo adhibuerunt. Illudq; omni conatu & totis uiribus assidue prosequuntur. Quodq; ad illius commodum & utilitatem priuilegys facultatibus & indultis, ac gratys huiusmodi in fauorem dictæ fabricæ tantummodo utuntur. Et ne Christifideles ab elargitione, & subsidys retrahãtur, sed ut ad illud promptiores reddantur, quo singula priuilegia, facultates, cõcessiones, & indulta prædicta nouerint, inuiolabiliter obseruari, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex certa scientia, & de potestatis plenitudine similibus, omnia et singula quæ per Franciscũ

et alios Deputatos prædictos seu eorū aliquos nomine dicti Collegij, ac uigore literarū patentiū eis per dictos deputatos cōcessa rū deputatos Cōmissarios et officiales dicto noīe earundē literarum patentium, & capitulorum forma seruata gesta facta, & executa fuerunt fuisse & esse legitimæ facta, ac si priuilegia facultates & indulta alijs Commissarijs per Iulium, & Leonem, ac Collegio præfatis per Clementem prædecessores prædictos respectiue concessa, & per nos confirmata & innouata, ipsismet deputatis concessa fuissent auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus. Et nihilominus omnia & singula per primo dictos deputatos, aut eorum aliquos, seu ab eis dicti Collegij nomine Commissarios & officiales etiam deputatos, (dūmodo Commissarij & officiales hactenus ut præfertur deputati prædicti formam & ordinem eis per eorum literas patentes huiusmodi siue capitula inter eos inita seruauerint) approbamus & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur, obtinere decernimus. Et ut circa illa omne dubium, & ambiguitas in futurum cessare debeant, ipsiq; deputati opus fabricæ huiusmodi diligentius prosequi possint, ipsis alijsq; dictæ fabricæ pro tempore deputatis, quod omnibus et singulis priuilegijs, prærogatiuis, facultatibus, iurisdictionibus, gratijs, et indultis tam Commissarijs per Iulium & Leonem, ac Collegio præfatis per Clementem prædecessores prædictos ad commodum & utilitatem dictæ fabricæ, quàm etiam per nos; per singulas literas prædictas Commissarijsq;, & Collegio præfatis per eosdem prædecessores, ac nos (ut præmittitur) hactenus respectiue concessis sub nomine Collegij præfati, uti & illa exercere, ualeant eisdem auctoritate & tenore concedimus, & indulgemus, ac singulas nostras, & prædecessorum nostrorum literas huiusmodi ad dictos etiam

Declaratio p̄ gesta p̄ Deputatos et eorū Cōmissarios sint ualida.

Confirmatio gestorum per deputatos, & eorum commissarios.

Deputati p̄ tp̄e fabricæ, possunt uti omnibus priuilegijs & facultatibus ac iurisdictionibus concessis per Iuliū, Leonem, Clementem & ipsum Paulū cōmissarijs et collegio præfatæ fabricæ.

Extensio facultatū ad deputatos p̄ tēpore præfatæ fabricæ.

pro tempore deputatos, & ad uniuersas prouincias in singulis literis prædictis expressas extendimus, & ampliamus. Necnon præsentes literas ad nostrum, & successorum nostrorum Roman. Pont. Canonice intrantium beneplacitum, durare. Ac beneplacitum huiusmodi, & præsentes literas, per generalem reuocationem seu Cancellariæ Apostolicæ regulas etiam per successores nostros prædictos pro tempore edendas, aut alias etiam nisi per alias nostras sub plumbo cum præsentium de uerbo ad uerbum insertione literas minime reuocari posse, sed quotiens aliterquam ut præmittitur reuocari contigerit, totiens de nouo concessas intelligi, sicq; per quoscunq; iudices, et Commissarios etiam causarum Palatij apostolici auditores, ac S. R. E. Cardinales in quauis instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, et auctoritate ubiq; iudicari sententiari, & diffiniri debere, necnon quicquid secus super his à quoq; quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari irritum, & inane decernimus. Quo circa uniuersis, & singulis uenerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac Dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, & alijs personis in dignitate ecclesiastica constitutis, necnon Patriarchalium, & Metropolitanarum, ac aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis eorundem Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, Officialibus, & Vicarijs in spiritualibus, et temporalibus ubilibet constitutis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi uel duo aut unus eorum per se uel alium seu alios præsentes literas, ac omnia, et singula in eis contenta, ubi et quando opus fuerit, ac quotiens super hoc pro parte Collegij seu deputatorum prædictorum, seu alicuius eorum fuerint re-

Extensio literarum ad prouincias expressas.

Pñtes literæ durant ad bñplacitũ ipsius Pauli, et successorũ suorum.

B. placitũ hmõi & pñtes literæ non ueniunt sub gñali reuocatiõe Regulæ canzellariæ ẽt per successores ædendæ nõ cõprendunt ipsum beneplacitũ nec pñtes literas

Modus reuocationis.

Reuocationes aliter factæ sint nullæ, & de nouo cõcessio sit facta.

Decretũ irritãs.

Assistentia generalis.

quisiti solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defen sionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes literas, et in eis contenta huiusmodi sub censuris, et pœnis ecclesiasticis firmiter obseruari, ac Collegium, et Deputatos, Officialesq; prædictos illis pacifice gaudere, non permittentes collegium, et deputatos, ac officiales prædictos seu eorum aliquem desuper per quoscunq; quomodolibet indebite molestari, Contradictores quoslibet, et rebelles per censuras, et pœnas ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo. Ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, et pœnas ipsas, etiam iteratis uicibus aggrauando, inuocato, etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, et quibusuis dictæ Cancellariæ regulis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, necnon priuilegijs, et indultis etiam Marimagno nuncupatis eisdem ordinibus illorumq; personis in genere uel in specie, sub quibusuis uerborum formis, et clausulis etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine forsan concessis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de ipsis eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica expressa, et indiuidua, ac de uerbo ad uerbum non autem per clausulas generales, idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, illorum tenores pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac uice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, illaq; cuiquam nolumus aliquatenus suffragari, ac omnibus et singulis quæ nos, et præfati prædecessores nostri in singulis literis prædictis uolumus respectiue non obstare, contrarijs quibuscunq;. Aut si

Derogatio obstâtiarum.

Derogatio Regulorum câzellariæ.

Derogatio Maremagni.

aliquibus communiter uel diuisim ab apostolica sit Sede indultum quod interdici, suspendi, uel excommunicari, non possint per literas apostolicas non facientes plenam expressam, ac de uerbo ad uerbum, de indulto huiusmodi mentionem. Caeterum quia difficile foret easdem praesentes literas ad singula queq; loca in quibus earum publicatio est facienda deferre, uolumus et dicta auctoritate apostolica decernimus, quod illarum copijs, siue transumptis, etiam impressis, manu Secretarij dictae fabricae subscriptis, ac Sigillo praefati Collegij munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus literis adhiberetur si forent exhibitae uel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, approbationis, cōfirmationis, decreti: concessionis indulti, extensionis, ampliationis, mādati, derogationis, et uolūtatis īfringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, Millesimo Quingentesimo Quadragesimo primo. Tertio. Nōn. Februarij. Pontificatus nostri Anno Octauo.

De Trāsumptis.

1541.

L. De Torres.
S. Grolleti.

INNOVATIO REVOCATIONVM

omnium indulgentiarum et facultatum, præterquam Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum, cum noua facultate concessa R. D. Deputatis dictæ Fabricæ, & eorum Commissarijs procedēdi, tam contra exercētes huiusmodi prohibita, q; contra ordinarios id permittentes quacunq; occasione, et sub pœnis grauissimis.

PAVLVS PAPA III.

AD FVTVRAM REI *memoriā. Ad Romani Pontificis auctoritatem pertinere dinoscitur, ut quæ semel per eum, & prædecessores suos prouide statuta & ordinata fuerunt, quibuslibet sublatis obstaculis suum debitum consequantur effectum, Dudum siquidē post quam fe. recor. Clemens Papa VII. prædecessor noster diuersis querelis ad eum perlatis prouidere uolēs omnia Priuilegia nostro S. Spiritus in Saxia, & S. Ioannis Lateranē. ac S. Iacobi Pauperum incurabilium de Vrbe Hospitalibus, Necnon sancti Sebastiani extra muros Vrbis, & sancti Antonij Viennēn. Cistercien. & sancti Augustini ordinum monasterijs, ac ordini mercedis redemptionis Captiuorum per Romañ. Pont. super questus faciendis & confratribus describendis, & indulgen-*

Reuocatio Priuilegiorum S Spūs S. Ioān. Lateraū. S. Iacobi incurabiliū, S. Sebastiani, & S. Antonij Vienen. & ordinis redēptiōis captiuorum facta p Clem.

tijs publicandis concessa, & per eundem Clementem prædecessorem confirmata ex certis causis tunc expressis ad bene placitum suum per quasdam sub plumbo suspenderat, & capellas sub inuocatione sancti Sebastiani penitus suppresserat, et deinde literas hmôi per alias suas in forma Breuis literas confirmauerat. Necnon Commissarios, Nuncios & quæstores uigore priuilegiorum prædictorum constitutos reuocauerat, ac omnem facultatem desuper concessam ab Hospitalibus & monasterijs, ac ordine redemptionis captiuorum huiusmodi amouerat & abdicauerat. Ac tam questas facere & indulgentias, ac alias gratias eis concessas publicare. Necnon. Confratres describere & confessionalia concedere quàm etiam in casibus matrimonialibus prohibitis dispensare prohibuerat. Et nos successiue cum (non sine animi nostri displicentia) accepissemus, quòd nonnulli Hospitalium, Monasteriorum et aliorum prædictorum, ac etiam sancti Helmi, sancti Bouis, sancti Bernardi, sancti Leonardi, sanctæ Marthæ, S. Catherinæ Montis Synai, Sancti Viti, & sanctæ Mariæ de la Heremita, seu aliorum locorum Questores & Commissarij quæstas facere & alia prædicta exercere non erubescebant. Per alias nostras etiam in forma Breuis literas omnibus & singulis locorum ordinarijs, ut sub excommunicationis, & alys de quibus eis uideretur pœnis quibuscunq;, tam Hospitalium & Monasteriorum, ac ordinis redemptionis captiuorum & aliorum sanctorum, & nominum prædictorum Commissarijs, Nuncijs & Questoribus præmissa facere inhiberent, & contra talia prohibita exercere præsumentes ad declarationem incursus dictarum pœnarum procederent Quæstoribus fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe à personis Deum timentibus

Suppressio eiusdē capellarum S. Sebastiani.

Reuocatio eiusdē Cōmis. et quæstorum.

Narratio reuocationis Pauli III.

Nomina aliorū locorum piorū.

deputatis, dumtaxat exceptis mandaueramus. Cum ad nostram peruenisset notitiam, quòd nonnulli Quæstores & Commissarij, tam prædictis quàm alijs forsan nominibus uigore priuilegiorum prædictorum, & forsan aliorum etiam à nobis (licet contra mentem nostram) emanatorum, tam quæstas facere, quàm indulgentias publicare, & alia quæ eis concessa fuisse prætendebant, exercere, ac diuersas pecuniarum summas, res, & bona exigere, & aliqui forsan sibi ipsis appropriare non desisterant. Nos scandalis quæ ex præmissis prouenire possent occurrere, & ex pecunijs, rebus & bonis eatenus exactis quæ hospitalibus, Monasterijs, & alijs locis facultatem questuan. & alia præmissa exercen. seu exerceri facien. habere prætendentibus, nondum incorporata erāt grauissimis expensis quotidianis dictæ fabricæ, quam tunc per Venerabiles fratres Franciscum Alerienſem, & Philippum Burgi sancti Sepulchri Episcopos, ac dilectum filium Raphaelem de Casalibus dictæ fabricæ præfectos & deputatos aggredi feceramus & dante domino prosequi & ad finem perducere intendebamus prouidere uolentes, singulas prædecessoris, & nostras literas prædictas, confirmantes, approbantes, & innouantes, firmis tamen semper & illesis remanentibus omnibus & singulis priuilegijs dictæ fabricæ, & illius deputatorum collegio eatenus concessis, omnes et singulas pecuniarum summas, res et bona, ex questis, elemosinis, Indulgentijs, et alijs prædictis eatenus prouenta, et penes tam prædictorum, quàm aliorum quorūcunq; Hospitalium, Monasteriorum, ordinum Ecclesiarum, et locorum piorum, quocunq; nomine nuncupatorum Quæstores, Commissarios, Nuncios, Ministros, Thesaurarios, Depositarios, siue alias personas, loca, collegia, et

Alia reuocatio eiusdem.

uniuersitatem cuiuscunq; gradus, conditionis, et dignitatis fo-
rent existentia, quæ adhuc Hospitalibus, Monasterijs, et alijs
pijs locis prædictis cum effectu incorporata non essent per reli
quas nostras etiam in forma Breuis literas dictæ fabricæ Basili
cæ Principis apostolorũ de Vrbe, et illius deputatorũ collegio ad
opus et utilitatẽ dictæ fabricæ, Motu proprio cõcessimus et appli
cauimus, et pro cõcessis et applicatis haberi uoluimus. Necnon
omnes et singulos Quæstores, Commissarios, Ministros, The
saurarios, Depositarios, et alios Officiales, per Guardianos,
Officiales, et superiores dictorum Hospitalium, Monasterio-
rum, Ordinis Redemptionis Captiuorum, et aliorum loco-
rum prædictorum, ac etiam per prædecessores nostros, ac nos
eatenus deputatos reuocauimus, omnemq; facultatem, potesta-
tem, et auctoritatem quæstuandi, indulgentias, et alias gratias
publicandi, confratres describendi, confessionalia concedendi, in
casibus matrimonialibus prohibitis dispensandi, ab homicidiis ca
sualibus, seu uoluntarijs, ac Simoniæ labe absoluendi, et uota
commutandi, et forsan alia exercendi, à Quæstoribus, Com
missarijs, Ministris, Thesaurarijs, Depositarijs, et alijs præ
dictis, necnon Guardianis, Officialibus, et alijs superioribus
Hospitalium, Monasteriorum, ordinis Redemptionis captiuorũ,
et aliorum locorum prædictorum priuilegia et facultates eos sub
stituendi, et deputandi habentibus abdicauimus, et amouimus.
Ita quòd ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus Quæ
stores, Commissarij, Ministri, Thesaurarij, Depositarij, aut
alij Officiales ad quæstas huiusmodi exercendum indulgentias,
et alias gratias publicandum, confratres describendum confes
sionalia concedendum, et in casibus prædictis dispensandum,
et absoluẽ. ab aliquibus etiam à nobis, et successoribus nostris

Romanis Pontificibus constitui & deputari non possent, nisi ip sis constitutioni & deputationi collegij deputatorum fabricæ hu iusmodi expressus accederet assensus, Mandantes uniuersis & singulis præfatorum Hospitalium, Monasteriorũ, ordinis redem ptionis captiuorum, Sancti Helmi, alias Adhelmi, sancti Bouis, sancti Bernardi, sancti Leonardi, S. Marthæ, & aliorum quo rumcunq; Ecclesiarum, & piorum locorum Quæstoribus, Cõ missarijs, Ministris, Thesaurarijs, Depositarijs, & alijs Officia libus, siue alijs personis, loco, collegio, & uniuersitatibus, ut pecu nias, res & bona ex quæstis indulgentijs, et alijs prædictis ac quisita, & ut præfertur, dictæ fabricæ applicata & concessa pe nes ipsos & eorum quemlibet existentia, & nondum, ut præfer tur incorporata, præfatæ fabricæ, & pro ea præfatis collegio de putatorum, & illorum Officialibus ad opus & utilitatem dictæ fabricæ exponenda & conuertenda persoluerent, & assigna rent, eisdem uero tunc, & pro tempore existentibus deputatis, & præfectis fabricæ huiusmodi, ut Quæstores, Commissarios, Thesaurarios, Depositarios, et Officiales, aut alias personas pe nes quos pecuniæ, res, & bona huiusmodi existebant sub pœnis & censuris de quibus eis uideretur, tam posteriorum prædicto rum, quàm aliorum priuilegiorum dictæ fabricæ, & illius depu tatorum collegio concessorum uigore ad solutionem et consigna tionem huiusmodi faciendum cogerent, & compellerent, ac eas dem posteriores literas, & in eis contenta quæcunq; inuiolabili ter obseruari mandarent, & facerent, inobedientes, & rebel les, ac contradictores quoslibet per pœnas & censuras prædi ctas auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, inuo cato etiam si opus foret auxilio brachij secularis, prout in singu lis prædecessoris, & nostris literis prædictis plenius continetur.

Cum autem sicut nuper accepimus post publicationem posteriorum literarum nostrarum huiusmodi nonnulli locorum ordinarij, eorumq; Vicarij, Officiales, & alij Ministri, lucri, ut creditur cupiditate ducti in contemptum earundem posteriorum literarum nostrarum, & pœnarum in illis contentarum. Nonnullis Hospitalium, Monasteriorum, & aliorum locorum prædicto rum Quæstoribus, & Commissarijs quæstas prædictas facien di, aliaq; prædicta exercendi, ac diuersas Indulgeñ. publicandi licentias per eorum patentes literas expresse concedere, et impartiri non erubescant, uel ipsos publice quæstuare permittant, seu dissimulent in animarum suarum periculum & perniciosum exemplum, ac scandalum plurimorum. Nos cupientes etiã desuper opportune prouidere, Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine. Vniuersis & singulis, tam locorum ordinarijs eorumq; Vicarijs, Officialibus, & Ministris, quàm alijs quibuscunq; Ecclesiarum prælatis sub ingressus Ecclesiæ, ac suspensionis à diuinis, necnon excommunicationis maioris, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & etiã duorum millium ducatorum auri de Camera dictæ fabricæ applicãdorum pœnis per eos eo ipso absq; aliqua declaratione quotiens contrauenerint, incurrendis districtæ precipiendo mandamus quatenus de cætero aliquas quæstuandi, et indulgentias publicandi licentias, et desuper literas quibusuis Quæstoribus, uel alijs personis, etiam prætextu cuiusuis antiquæ consuetudinis, uel possessionis eisdem ordinarijs similes licentias concedendi, & aliquam partem ex quæstis & indulgentijs huiusmodi exigendi, & percipiendi, & seu uigore quorumcunq; priuilegiorũ & Indultorum, ac literarum Apostolicarum eis hactenus cõcessorum, uel imposterum concedendorum absq; expressa licentia

Motu proprio.

Ordinarij & alij ecclesiarũ prælati sub pœnis etc. et duorũ milliũ ducatorum. eo ipso absq; aliqua declaratione quotiẽs contrauenerint Incurreñ. nõ cõcedant licẽtias quæstuandi et indulgẽtias publicañ. quibusuis quæstorib. uel personis absq; expressa licentia fabr. Derogatio antiquæ consuetudinis et priuilegiorum præfatorũ ordinariorum.

eiuſdem fabricæ deputatorum, nullatenus concedere uel impar tiri præſumant, nec ipſos Quæſtores publice quæſtuare permit tant, ſeu tacendo diſſimulent, quinimmo eos ad parendum reue renter poſterioribus literis noſtris prædictis, & in illis contentis, quibuſcunq; omnino cogant & compellant. Et inſuper eiſdē deputatis eorumq; Commiſſarijs contra eoſdem ordinarios illorumq; Vicarios, & Miniſtros. Necnon quoſcunq; alios Eccleſiarum prælatos ſuperiores & perſonas, tam ſeculares, q̄ quorūuis etiam mendicantium ordinum, regulares quæſtas faciētes in euentum contrauentionis ad declarationem incurſus cēſurarum & pœnarum prædictarum procedendi, necnō Quæſtores præfatos quæſtas facientes, & indulgentias huiuſmodi abſq; ipſorum deputatorum expreſſo conſenſu ubilibet publicantes capiendi & incarcerandi; ſeu incarcerari facień. Illoſq; tanquam inobedientes, & rebelles mulctandi, & ad Triremes perpetuo uel ad de quo eis uidebitur tēpus delegandi, ac pecunias per eoſdem quæſtores occaſione dictarum indulgentiarum uel quæſtarum quomodolibet acquiſitas eidem fabricæ, ut præfertur applicandas ab eis, & eorum ſingulis etiam inuitis, & renitentibus uiolenter auferendi, necnō pro præmiſſis omnibus exequendis auxilium brachij ſecularis, quotiens opus fuerit inuocādi omnimodam per præſentes cōcedimus facultatem. Quibuſcūq; nobis, & eidem Sedi immediate ſubiectis ſub eiſdem ſententijs, cēſuris & pœnis mandantes alios uero nobis nō ſubiectos Iudices, & perſonas ſeculares in domino rogantes, ut ſi & poſtquā pro parte dictorum deputatorum; & Commiſſariorum fuerint requiſiti in præmiſſis auxilium et fauorem, ac remedium opportunum præbeant. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſinodalibus Concilijs æditis gn̄alibus, uel ſpecialibus,

Ordin. nō pmit tāt ſeu tacēdo diſſimulent quæſto res quæſtuare.

Facultas deputatorū fabricæ & eius Cōmiſſ. pcedēdi cōtra ordinarios, et eorum miniſtros aliasq; pſonas tā ſeculares q̄ quorumuis ordinū regulares quæſtas facień.

Facultas Deput. Capien. quæſto res facień. quæſtas et indulgentias publican. abſq; expſſo cōſenſu fabricæ.

Facult. deputatorū tranſmittendi ad carceres contrauenientes.

Facult. applicań. fabricæ pecunias acqſitas ex quæſtis et public. indulgentiarum.

Facul. pecunias pfatas uiolēter auferendi.

Inuocatio auxil. brachij ſecul.

Assistentia. constitutionibus, & ordinationibus. Necnon Hospitalium, & Monasteriorum, ac aliorum locorum prædictorum, & quorũs uis aliorum membrorum Domorum, & Ecclesiarum etiam Cathedralium, et Metropolitañ. etiã iuramento confirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudini bus, stabilimentis, usibus, & naturis, Priuilegijs, quoq; indultis, & literis Apostolicis tam sub plumbo, quàm in forma Breuis, etiam Motu proprio etiam à nobis emanatis, confirmatis, & innouatis, ac forsan de nouo concessis, Quibus etiã si in eis ꝙ nullatenus, aut non nisi sub certis modis, & formis derogari possit cautum, & expressum sit. Illorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac modos et formas pro debite obseruatis habentes ad effectum præmissorum dũtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac sufficienter derogatum esse uolumus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Verũ quia difficile foret præsentes ad singula quæq; loca deferri, uolumus, & per præsentes decernimus, præsentium transumptis seu copijs, etiam impressis, & Sigillo dictæ Fabricæ munitis, eandem prorsus fidem adhiberi, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, uel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcũ sub anulo Piscatoris, Die Decimanona mensis Augusti, Millesimo Quingentesimo quadragesimo primo. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Derogatio.

De Trãsumptis.

1541.

L. de Torres.

M. de Pace.

CONSTITVTIO S. D. N. D. PAVLI

Papæ III. per quam reuocantur omnia priuilegia, indulgentiæ, & facultates præterquam in expressis, & non possint alijs communicari, & inhibetur usus eorum, Saluis nominatis et specifice concessis, Cōfraternitatibus Sacratissimi

Corporis Christi, in Ecclesia Beatæ Mariæ supra Mineruam etiam quo ad alias Confraternitates sub eadem inuocatione, reseruatis priuilegijs & alijs Fabricæ sancti Petri de Vrbe, cuius Collegium et Deputati eiusdem constitutionis executores deputantur.

PAVLVS PAPA. III.

MOtu proprio &c. Ad futurā Rei memoriam. Ad prouidam circunspectionem sedis Apostolicæ pertinere dinoscitur, ut nonnunquam concessa per eam prout negociorum & temporum qualitates exigunt ampliet uel restringat, sicut in domino prospicit salubriter expedire. Attendeñ. itaq; quòd sæpenumero contingit diuersis ecclesijs, monasterijs, hospitalibus societatibus, cōfraternitatibus, et alijs locis pijs; multiplicibus ex causis, per sedem eandem etiam per nos, diuersa priuilegia, facultates, indulgentias, & alias gratias, ad instar priuilegiorum, facultatum, indulgentiarum, & aliarum gratiarum, hospitali nos

stra sancti Spiritus in Saxia, Societati Charitatis, & alijs ecclesiis, & locis pijs, Almæ Vrbis nostræ & forsan aliorum locorum, concessorum, concedi & indulgeri, & sicut habet fidedignorum assertio. Nonnulli ecclesiarum, hospitalium, societatū, confraternitatum, & aliorum locorum prædictorum Rectores, Gubernatores, Guardiani, & alij Officiales, & Ministri, priuilegia, facultates, indulgentias, & alias gratias eis per dictam generalitatem uerborum per dictam sedem concessa, ad priuilegia, facultates, indulgentias, & alias gratias nominatim et specifice dicto hospitali S. Spiritus, Societati Charitatis, & alijs locis pijs forsan concessa, & plerunq; ad ea quæ eadem sedes, si sibi expressa fuissent, minime concessisset, extendere et sic extensa publicare, ac illa alijs communicare præsumpserunt, & præsumunt, eorum officia, gubernationem, & administrationē, uel exercitia, metas specialium priuilegiorum, indulgentiarum, facultatum & aliarum gratiarum sub prætextu generalitatis uerborum huiusmodi interdum transgredientes, ex quibus grauia scandala priuatim & publicæ sunt suborta, & in futurū, nisi desuper opportune prouideatur grauiora suboriri possent. Nos intendeń. in præmissis de opportuno prouidere remedio.

Motu proprio. *Per cōstitutionē ppetuo ualiturā.* *Restrictio indulgentiarū et facultatū ad instar ad priuilegia ac loca ipsa, & facultates, ac indulgētias noīatim, & specifice exp̄ssa*

Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, per hanc nostram perpetuo ualituram cōstitutionē, omnia & singula priuilegia facultates, indulgentias & alias gratias quibusuis ecclesiis hospitalibus, et alijs locis pijs, tam dictæ Vrbis quàm alias ubiq; locorum sub dicta generalitate uerborum, et ad instar aliorum priuilegiorum facultatum indulgentiarum seu aliarum dicto hospitali nostro sancti Spiritus, Societati Charitatis & alijs ecclesiis & locis pijs hactenus per eandē Sedem, et per nos forsan concessorum ad priuilegia facultates,

et indulgentias, et alias gratias eis nominatim, et specifice cōcessas, et ad loca ipsa, necnon collegia, uniuersitates & personas, quibus in specie & particulariter, & citra facultatem illa aliis communicandi per eandem sedem etiam per nos concessa sunt uel in posterum concedi continget, tenore præsentium restringimus. Ita tñ quòd priuilegiis et indultis filiis confraternitati sub inuocatione Sāctissimi Corporis Christi in Ecclesia Beatæ Mariæ supra Mineruā, īstitute nominatim et specifice per nos concessis omnes & singulæ aliæ confraternitates sub eadē inuocatione ubilibet, institutæ & instituendæ utantur potiantur, & gaudeant perinde, ac si cuilibet istarum confraternitatum in specie & particulariter priuilegia & indulta ipsa concessa essent. Decernēn. quascunq; alias concessiones, priuilegiorum facultatum, indulgentiarum, et aliarum gratiarum sub dicta generalitate uerborum & ad instar & nominatim et specifice, (ut præfertur) per eandē sedem etiam per nos factas, necnon facultates priuilegia & alias gratias prædictas; etiam nominatim & specifice concessas aliis communicandi nullius fore, et esse roboris uel momenti. Districtius inhibentes omnibus & singulis ecclesiarum, hospitalium, societatum, confraternitatum, & aliorum locorum piorum prædictorum Rectoribus, Gubernatoribus, Administratoribus, Officialibus et ministris, ac aliis, ad quos quomodolibet spectat. ne de cætero sub indignationis nostræ pœna, audeant uel præsumant, publice uel occulte, aut quouis quæsito colore, directe uel indirecte; uirtute literarū apostolicarum, sub dicta generalitate uerborum per eādem sedem concessarum & concedēn. aliquibus priuilegiis, facultatibus, indulgentiis & gratiis, nisi dūtaxat per formam specialiū priuilegiorum, facultatum, indulgentiarum, et aliarum gratiarum

Restrictio cōmunicādi aliis locis

Extensio restrictionis ad concedenda.

Excipiuntur confraternitates Sanctissimi Corporis D. N. Iesu Christi institute à cōfraternitate supra Mineruā.

Declaratio nullitatis.

Inhibitio conformis.

cis hactenus nominatim & specifice per sedem eandem et per suas literas apostolicas, ac in locis & pro illis personis collegijs & uniuersitatibus, quibus particulariter concessæ, fuerũt, aut in futurum concedentur, etiam absq; facultate illa aliis communicandi, & non aliter, nec alio quouis modo, etiam si paria, similia uel minora forent his quæ in præfatis literis apostolicis sunt concessa, uti, aut illa quouis modo exercere seu publicare, aut aliis comunicare. Decernẽ. etiam ex nunc irritum & inane si secus uel aliter à quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingat in posterum quomodolibet attentari, ac præsentes ad priuilegia facultates, indulgentias, & alias gratias in fauorem fabricæ Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe illisq; collegio, et officialibus hactenus concessa et concedeñ. minime se extendere. Eisdem collegio & deputatis dictæ fabricæ per apostolica scripta mandantes, ut præmissa omnia, & singula per illos ad quos spectat, aut spectare poterit quomodolibet in futurum inuiolabiliter, obseruari mandent & faciant, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & alias, de quibus sibi uidebitur, pœnas, appellatione postposita, auctoritate nostra compescendo, inuocato si opus fuerit auxilio brachii secularis. Ac uolentes auctoritate præfata quòd præsens constitutio, cuius solam signaturam nostram sufficere, illiusq; transumptis, seu copiis manu unius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, sigillatis fidẽ adhiberi uolumus, et in ualuis Basilicæ præfatæ, ac acie Campi Floræ affixa et publicata, perinde arctet quoslibet, ac si fuisset cuilibet præsentialiter exhibita et præsentata. Non obstañ. præmissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis priuilegiis quoq; et indultis, ac literis etiam apostolicis præs-

Decretũ irritãs.

Excipiuntur priuilegia, et gratiæ fabricæ.

Collegio fabricæ mãdatur curã ob seruari faciendi pmissa sub pœnis &c.

Appellatiõe postposita.

Sola signatura.

De Transumptis

Publicata afficit quoslibet ac se p sentialiter fuisset pñtata.

Derogatio.

satis ecclesiis, hospitalibus, et aliis locis piis, Rectoribusq; et aliis præfatis forsan concessis, quibus illorum omnium et singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes specialiter et expresse derogamus cæterisq; contrariis quibuscunq;.

Placet Motu proprio et ita mandamus. A.

Die Tertia *mensis* Februarii. M . D . XLIIII. *præsentes et retroscriptæ literæ affixæ et publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, et in ualuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe dimissis copiis Affixis per me* Io. Roilard, S.D.N. *Papæ Pauli* III. *Cursorem,* Theobaldus Tallart. *Magister Cursorum.*

PAVLVS PAPA III.

MOTV *proprio etc.* Extraordinarias *expensas, quas (ut accepimus) dilecti filij* Collegium, *& deputati* Fa*bricæ Basilicæ Principis Apostolorũ de* Vrbe, *illiusq; œconomus, in diuersis litibus, quas aliquando extra eorum tribunal, occasione rerum & negotiorum dictæ* Fabricæ, *ac pro iuribus & actionibus, ac rebus & bonis eiusdem* Fabricæ *defendendis, seu illis tanquam ad eam applicatis et deuolutis spectañ. recuperandis & acquirendis, in dies subire coguntur, tollere omnino uolentes. Motu simili, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, decernimus & declaramus, omnes & singulas causas, coram quibuscunq;* Iudicibus, *et* S.R.E. Cardinalibus, *aut in sacro* Rotæ *auditorio, nunc & pro tempore pendentes, & dictam* Fabricam *quomodolibet concerneñ.*

Declaratio ꝙ omnes causæ conserneñ. Fabricã sũt ipsiusmet Pontificis.

Collegiū soluat registra et instrumenta, pⁿt pcurator fiscalis ca. Apostol. & non ultra.

Nostras & sedis Apostolicæ esse, nostrumq; et dictæ sedis interesse concernere, propterea; Collegium, ac deputatos dictæ fabricæ, illiusq; modernum & pro tempore existentem œconomum, pro satisfactione, tam registrorum, instrumentorum, commissionumq;, & aliarum scripturarum, in causis dictam fabricā quomodolibet (ut præfertur) concerneñ. grauari nō posse, nisi ad soluendum id, quod noster, & Cameræ Apostolicæ Procurator fiscalis, in causis Cameralibus, ciuilibus, et Fiscum nostrum concernentibus pro simili satisfactione soluere tenetur, et obligatur. Et nihilominus, uniuersis et singulis, tam Romanæ Curiæ, quàm quarūcunq; aliarum Ciuitatum, Terrarum, et locorum, nobis, et dictæ sedi mediate, uel immediate subiectorum, Notariis, et Tabellionibus, atq; scribis, etiam actuariis, coram quibuscunq; Iudicibus ordinariis, seu delegatis, etiam S. R.E. Cardinalibus, aut Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, seu Locatenentibus, in causis dictam Fabricam cōcernentibus, scribentibus, et ad scribendum pro tempore deputatis, circa mercedes instrumentorum, et aliarum scripturarum, ac registrorum, seu extractuum, dum fieri contigerit à dicto œconomo, et officialibus dictæ Fabricæ, non ultra quam quod in causis cameralibus, ac fiscum nostrum concernentibus: à Procuratore fiscali capere consuetum est, capiant. Cursoribus etiā nostris, ut in redimendis ac recuperandis commissionibus, per utrāq; signaturam, pro tempore ad Collegii, et deputatorum, seu œconomi præfatorum instañ. signatis, dictam tamen fabricam illiusq; negocia similiter concerneñ. ac cōmissionibus exequeñ. nihil, prout nec à fisco quicquam capere consueuerunt, à Collegio deputatis, et œconomo præfatis similiter capiāt. Collegio uero, ac deputatis præfatis, ut præmissa omnia et singula

Mandatū contra Notarios.

Cursores nihil capiant

Collegiū pmissa. seruare faciat.

inuiolabiliter obseruari mandent, et faciant, sub eisdem censuris, sententiis et pœnis mandamus: Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, priuilegiis quoq; indultis, singulis collegiis dictorum officialium, etiam in singulorum eorundem erectionem, et forsan successiue: sub quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusq;, et aliis decretis. Quibus illorum omnium et singulorum tenores, præsentibus pro sufficienter expressis haben. Illis alias in suo robore permansuris, hac uice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus: Cæterisq; contrariis quibuscunq;. Volumus autem præsentium solam signaturam sufficere, et ubiq; fidem facere in iudicio et extra: Regula in contrarium edita non obstañ. Seu si uidebitur literæ in forma breuis expediri possint, quodq; præsentium transumptis, seu copiis etiam impressis, manu Secretarii Fabricæ præfatæ, subscriptis, et sigillo eiusdem munitis, eadem prorsus fides adhibeatur: quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ uel ostensæ.

Derogatio.

Sola signatura.

De Transũptis.

Datum Romæ. VIII. Aug. M. D. XLV.

S. D. N. D. PAVLI DIVINA PRO, VIDENTIA PAPAE III.

BVLLA.

Innouatoria aliarum similium, super quæstarum prohibitione, et indulgentiarum suspensione, nisi de consensu deputatorum Fabricæ sancti Petri, et certis tantum temporibus.

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS

Seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

INTER *Sanctorum solemnia et ecclesiastica loca, Beati Petri, et ea quæ in sui honorem dicata sunt templa, eo solemnius, à Christifidelibus uenerari conuenit, quo inter apostolos (diuina coöperante clementia) Princeps & clauiger cœlestis, effectus extitit: et ipse fecundus uirtutibus sacris, facundis eloquiis, caliginanti mundo, ignorantiæ tenebris obducto, superueniens, Christi lumen mirando præconio nunciauit. Vnde nos indulgentias, & remissiones, ac alia, concessiones, priuilegia, et indulta, in sui honorem, à nostris prædecessoribus, quibusuis concessa, libenter (prout decet) apostolico munimine roboramus, Sane, pro parte Venerabilis Fratris nostri, Philippi, Episcopi Burgi sancti Sepulchri, et dilectorũ filiorum Ioannis Alberini subdiaconi apostolici, et Antonii de Maximis et aliorum modernorum deputatorum Fabricæ Basilicæ eiusdẽ Beati Petri de Vrbe, nobis nuper exhibita petitio continebat:*

quod

Narratiua contentorum in literis Leonis X.

quod alias fe.re.Leo Papa. X, prædecessor noster: quondam Francisco Lechetto, ordinis fratrum minorum, Generali, Ministro, Nuncio, & Commissario suo, tunc in humanis agenti, cui per alias suas, sub plumbo literas, Dat. Romæ apud sanctũ Petrum. Anno incarnationis Dominicæ. Millesimo quingentesimo decimo octauo. Non. Ianuarij, Pontificatus sui, Anno sexto curam & administrationem omnium indulgentiarum, & facultatum, in fauorem dictæ Fabricæ, per piæ memoriæ Iulium Papam II. prædecessorem nostrum, tunc suum, et per eum concessarum ad annum, ab illarum data computandum: & deinde ad beneplacitum suum, in prouincijs & locis (sicut in eisdem literis plenius continebatur) commiserat: & quoniam opus fabricæ eiusdem, sua magnitudine crescens indies, maiores exigeret sumptus: dubitariq; ab aliquibus posset: an beneplacitum prædictum, durare uellet, essentq; adhuc complures Christifideles, qui pie cupiebant indulgentiarum & facultatum earundem participes fieri & manus ad opus prædictum porrigere adiutrices. Igitur motu proprio, & ex certa eius scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine: Cupiens etiam quieti & conscientiæ ipsius Francisci, suorumq;, ad curam & administrationem prædictas, delegatorum & subdelegatorum: illorumq;, qui cum eis, iuxta facultates eis commissas, conuenerant, & imposterũ conuenirent, satisfactioni salubriter consulere: & ut Christifideles, eo magis, ad pietatis opera, & ad contribuendum dictæ fabricæ exhortarentur, quo ualidius & securius secum agere posse cognoscerent: alijs suis literis ratificauit, & emologauit, omne quod per Franciscum, uel delegatos aut subdelegatos prædictos, iuxta dictarum literarum tenorem & formam, gestum & compositum & determinatum foret: ac geri, componi et de-

terminari contingeret in futurum, etiam si eorũ quispiam, formam dictarum literarum & facultatum non tamen dolo excessisset. Voluitq;, & decreuit, omnia & singula gesta, composita & determinata, in utroq; foro, ualere, & suffragari, illaq; ex tunc, apostolicæ firmitatis robore communiuit: omnibusq; et singulis locorum ordinarijs, & officialibus quibuscunq;, tam spiritualibus, quàm temporalibus, sub suspensionis à diuinis, & priuationis omnium, tam beneficiorum, quàm officiorum, quæ obtinebant, aut imposterum obtinerent, & Quingentorum Ducat. auri, dictæ Fabricæ applicandorum, Et excommunicationis latæ sententiæ respectiue pœnis, de facto incurrendis: quarũ absolutionem, sibi et successoribus suis canonicæ intrantibus, tãtummodo reseruauit, ut nullo modo, uel causa, illos, qui cum eis conuenerant, aut posthac conuenirent, in casibus, pro quibus foret conuentum, molestare uel inquietare præsumerent. Quod si secus præsumerent, liceret eis, et illis, quos ad id eligerent ordinarios, et officiales prædictos, et eorum quelibet, publicare et declarare: pœnas prædictas incidisse, ac illas exigere: inuocato etiam (si opus foret) auxilio brachij secularis: Indulgentiasq; et facultates, in eius literis prædictis, ac alijs apostolicis, tam sub plumbo, quàm in forma breuis, cõtentas: in dictæ fabricæ subsidium et fauorem, tam per recolendæ memoriæ Iulium Papam II. similiter prædecessorem nostrum, tunc suum, quàm per eum concessas, et ipsi Francisco Generali, ut præfertur, commissas, confirmauit, approbauit et innouauit, et quatenus opus esset, de nouo concessit; Illasq; ad alium annum, à fine anni datæ dictarum literarum, uidelicet 4. Non. Ianuary Millesimi Quingentesimi decimi noni. Pontificatus sui, Anno septimo, tunc proxime futuro, incipiendum, et immediate sequenti, computandũ:

et deinde ad beneplacitum suum, durare uoluit et declarauit: easdemq́;, non solum ad omnes et singulas prouincias, ciuitates, terras, et loca, in dictis literis contentas, et contenta, sed ad omnes alias, suo sub ministratu Generali ordinis minorum, contentas, Ciuitatemq́; et dioc. Niciē*.et totam terram nouam, necnon ad omnes alias ciuitates, prouincias, et loca, cuiuscūq́; dominij, qui eundem* Francis*cum, uel deputandos et subdelegandos per eum, cum dictis indulgentijs, et facultatibus, in subsidium fabricæ prædictæ, pie recipere, et admittere uellent, extendit et ampliauit,* Voluitq́; quod Confessionalia*, per eum, et ab eo, deputandis et subdelegandis, nō solum personis et locis, in alijs suis, tam sub plumbo, quàm in forma breuis, et alijs literis contentis existentibus, sed absentibus quibuscunq́; Christifidelibus utriusq́; sexus, et cuiuscunq́; status, conditionis, ordinis, et religionis forent, et similiter, pro mortuis quibuslibet, concedi, et prædictæ indulgentiæ, per modum suffragij suffragarentur, dummodo esset, qui pro eis peteret, et pia suffragia porrigeret, iuxta tenorem dictarum literarum, dari possent:* Non *obstantibus apostolicis, ac quarūcunq́; ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, religionum, constitutionibus et ordinationibus, ac statutis et consuetudinibus, iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia, roboratis, cæterisq́; contrarijs quibuscunq́;.* Et *ut indulgentiæ, et facultates prædictæ, pro dicta fabrica fructuosiores fierent, ac sine ullo* Christifidelium *scandalo, exequi et exerceri possent: declarauit, statuit, et uoluit, quascunq́; indulgentias, tam plenarias quam temporales, quibuscunq́; locis et personis, in genere uel in specie, ex quauis causa, concessas, et imposterū concedendas, etiam motu simili, uel contemplatione quorūcunq́;* Regum*, excepto* Rege *catholico, in locis et literis sibi concessis,*

comprǣhensas: ac Reginarum, Ducum, et aliarum personarū, tam ecclesiasticarum, quam secularium, suspensas esse, et effe-ctu carere, à Dominica septuagesimæ usq; ad octauam Penteco-stes inclusiue, et quod nullo modo reualidatæ intelligerētur, uel essent, etiam si specialiter esset expressum, quod dictis, et alijs literis et indulgentijs, in fauorem fabricæ prædictæ, concessis non obstantibus, sortiri deberent effectum, innouauit. Insuper in uiridi obseruantia, esse uoluit, et mandauit, omnes et singu-las literas apostolicas, sub quacunq; forma, contra quæstores quoslibet, in genere uel in specie: æditas, ipsisq; quæstoribus, et precipuè S. Antonij Vienneñ. sancti Spiritus in Saxia, S. Ca-therinæ montis Synai, Beatæ Mariæ Theutonicorum Prouin-ciæ Prusiæ. Beatæ Mariæ de Mercede. Beatæ Mariæ de Mon-te Serrato. sācti Sebastiani ad Cathecūbas extra muros Vrbis. et alijs quibuslibet, quocunq; nomine nuncupatis, qui ab eisdem Francisco, uel deputatis ab eo, literas petentes nō haberent, inhi-buit, sub pœnis in dictis literis contentis: ne quæstas modo ali-quo facere, aut eorum indulgentijs et confessionalibus uti præ-sumerent in locis commissionis suæ huiusmodi. Et si forte, per eum, alias de quæstis faciendis, illis facultas concederetur, sub quacunq; forma et causa, extunc declarauit, et uoluit illos, tali concessione nullatenus uti, aut gaudere posse, nisi prius cum eodem Francisco, aut cum deputatis ab eo, super dictis quæstis faciendis, pro dicta fabrica, composuissent. Francisco et depu-tandis prædictis, nihilominus inhibuit in uirtute sanctæ obediē-tiæ, ne per aliquam compositionem, uel causam, permitteret aut concederent, quæstas aliquas fieri, à die Cinerum, usq; ad totam octauam Pentecostes, prout in ipsius Leonis prædecessoris lite-ris desuper confectis, sub data Tertio Id. Decēbris Pont. sui

Facultates Pauli. III.

Anno septimo, plenius continetur. Et (sicut eadem petitio subiungebat) licet nos, dudum per nos, accepto, quod à quàmpluribus, in dubium reuocabatur, an reuocationis, per nos in crastinum nostræ assumptionis ad summi Apostolatus apicem, in genere factæ, uigore: indulgentias, facultates, & priuilegia, tam per præfatos, quam Hadrianum Papam VI. prædecessores nostros, dictæ fabricæ, & illius Collegio, concessa, comprehendere intendissemus: Motu simili, & ex certa scientia; Indulgentias, etiam plenarias, priuilegia, facultates, prærogatiuas, & indulta, per prædecessores præfatos, eisdem fabricæ, & Collegio cõcessa, cum omnibus & singulis decretis, & clausulis, in singulis literis desuper confectis, contentis, aduersus reuocationem huiusmodi in pristinum, & eum statum, in quo ante eandem reuocationem, quomodolibet existebant, per quasdam plenarie restituerimus, reposuerimus, et reintegrauerimus: Illaq; (prout per dictos prædecessores concessa erant) in omnibus et per omnia, quatenus opus esset, de nouo concesserimus, & per alias nostras literas, sub data Romæ Tertio Non. Februarij eiusdem Pontificatus Anno Octauo, quas ad nostrum, & successorum nostrorum Roman. Pontifi. canonice intrantium, beneplacitũ, durare uolumus: singulas nostras, & huiusmodi prædecessorum literas, ad pro tempore deputatos, eiusdem Fabricæ, & ad diuersas prouincias, in singulis literis prædictis expressas, extenderimus & ampliauerimus: & literæ Leonis prædecessoris huiusmodi, & per huiusmodi uerba generalia, sub eisdem nostris literis satis compræhensæ uideantur. Nihilominus, quia in literis restitutionis, repositionis, & reintegrationis, ac extensionis, & ampliationis, prædictarum, specialis mentio, de dictis literis Leonis prædecessoris, facta nõ extitit: Præfati moderni

deputati, ad omne dubium tollendū, cupiant literas Leonis prædecessoris huiusmodi, pro earum subsistentia firmiori, per nos & sedem apostolicam innouari, & de nouo cōcedi. Quare pro parte eorundem Philippi, necnon Ioannis Subdiaconi, ac Antonij, & aliorum modernorum deputatorum prædictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut literis Leonis prædecessoris huiusmodi: robur apostolicæ firmitatis adijcere, ac alias, in præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos igitur, qui in his, quæ decorem & uenustatem dictæ Basilicæ conspiciunt, & ad illius perfectionem tendunt, nos propitios & fauorabiles libenter exhibemus: huiusmodi supplicationibus inclinati, literas Leonis prædecessoris huiusmodi, & in eis contenta quæcunq; auctoritate apostolica, tenore præsentium innouamus: illasq; præfatis, & pro tempore existentibus deputatis, imo etiam quod quæcunq; indulgentiæ, tam plenariæ, quàm temporales, quibuscunque locis, in genere uel in specie, ex quauis causa concessæ, & imposterum concedendæ, etiam motu simili, uel contemplatione quorumcunq; Regum, exceptis charissimo in Christo filio nostro Carolo Romań. Imperatore semper Augusto, & suis regnis (à quibus Regnum Siciliæ citra Pharum) excipitur, in literis, nouissime eidem Carolo Imperatori, pro Cruciata, & fabrica sancti Petri, ad certum tempus, concessis, compræhensæ, à Dominica Septuagesimæ, usq; ad octauā Pentecostes, suspensæ sint, & effectu careant, de nouo concedimus, & ad tempus, de quo in alijs posterioribus nostris literis prædictis, mentio facta extitit: ac collegium, necnon modernos & pro tempore existentes deputatos Fabricæ huiusmodi, & alios ab eis deputandos & subdeputandos, eisdem auctoritate, & tenore, extendimus & ampliamus. Nō obstantibus omnibus

Innouatio literarum Leonis.

Extensio ad deputatos.

Suspensio omniū indulgentiarum concessarū et cōcedendarū a dominica sep tuagesime usq; ad octauā pentecostes.

Derogatio.

quæ in literis Leonis prædecessoris huiusmodi, uoluimus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Et quia difficile foret, præsentes literas, ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre; Volumus, & auctoritate apostolica præfata decernimus, quòd ipsarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo dicti Collegij, uel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut curiæ ecclesiasticæ munitis, in iudicio & alibi, ubi opus fuerit, eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ uel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, concessionis, extensionis, ampliationis decreti, & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ. M.D.XLVI. Quarto Non. Aprilis. Pontificatus Nostri Anno XII.

1546.

B. Beccala.

O. Cittadinus.

Visa B. Ferrarius.

Registrata in Secretaria Apostolica.

MOTVS PROPRIVS S.D.N.D.PAVLI *Papæ III. in fauorem Fabricæ ſancti Petri de Vrbe, ſuper reſtitutione, & reintegratione quorūcunq; Priuilegiorum, & facultatum dictæ Fa= bricæ : Non obſtañ. quibuſuis limi tationibus, reuocationibus, & Cancellariæ apo ſtolicæ regu= lis in contrarium æditis.*

PAVLVS PAPA III.

MOTV Proprio etc. *Cum nuper no bis ex poſitum fuiſſet, quòd non ſolum ſancti Spiritus in Saxia Hoſpitalarij, Commendatores, ſeu Præſidentes, ſed etiam fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe deputati, & Præſidentes, prætextu diuerſorum, priuilegiorum facultatum, & indultorum, eis, & locis ipſis, per diuerſos præ deceſſores noſtros, ac nos, & ſedem apoſtolicam, conceſſorum, priuilegijs, & indultis prædictis abutendo: per ſe, ac Commiſ ſarios ſuos, multa concedunt, à quibus nos abſtinemus, quod à ratione alienum uidetur. Nos itaq; ex tunc, narratis & ex= poſitis moti: abuſibus, & ſcandalis huiuſmodi, obuiare uolen tes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ pote= ſtatis plenitudine: per certam noſtram Conſtitutionem, quam etiam, perpetuis futuris temporibus obſeruari tunc uoluimus,*

omnia

omnia & singula, facultates, priuilegia, & indulta, indulgen tys, circa peccatorum remissionem, necnon quæstuandi facultate, dumtaxat exceptis (S. Spiritus huiusmodi, per quoscunq; Ro. Pont. & etiam per nos, hactenus quomodolibet etiam, per communicationem, seu ad instar, seu alias, concessa, confirmata & innouata, cassauimus, reuocauimus, & annullauimus. Facultates *uero, priuilegia, & indulta prædicta,* Fabricæ *Apostolorum de* Vrbe *huiusmodi concessa: quo ad hoc, ut illa, per* Commissa*rios ultra montes, dictis* Præsidentibus, *et fabricæ suffragentur: citra montes uero, illis, ipsi* Præsidentes, *nō per* Commissarios, *sed ipsimet, in* Ro. Cu. *tantum, uti, ac illorum uigore petentibus, undecunq; confluentibus, gratias concedere, & non alias, aliter, nec aliomodo, possint, reduximus, & reformauimus.* Hospitalarys, *ac* Fabricæ *huiusmodi* Præfectis, *& alys quibusuis, ad quos spectat, sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, a qua non nisi per nos (præterquā in mortis articulo) absolui possint, ac priuationis beneficiorum, & officiorum, quæ obtinent, inhabilitatisq; ad illa, & alia in posterum obtinenda, eoipso, per contrafacien. incurren. pœnis, ac etiam, ne prætextu dictorum, aut aliorum priuilegiorum concessorum, & indultorum, contra dispositionem dictæ* Constitutionis, *quicquam facere, auderent, siue præsumerent, inhibuimus, ac absolutiones, dispensationes, concessiones, & alia quæcunq; per* Hospitalarios, *ac fabricæ* Præfectos, *eorumq; deputatos, seu quæstores huiusmodi, contra dictæ cōstitutionis dispositionem, quomodolibet, pro tempore facienda, & concedenda, nulla, inualida, nulluisq; roboris uel momenti fore, & illis, quibus concessa fuerint, nullatenus, in iudicio, uel extra, suffragari posse. Sicq;, per quoscūq; &c. Sublata &c.* Iudicari *&c. debere, irritum quoq; etc.* Man

dauimus insuper uniuersis & singulis locorum ordinarijs, quatenus in suis Ciuitatibus, & dioc. dictam Constitutionem publicari, & inuiolabiliter, etiam per censuras ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia obseruari facerent, neq; permitterent facultates, priuilegia, & indulta, per dictam Constitutionē nostram reuocata, & limitata in dictis eorum Ciuitatibus, et dioc. per Commissarios huiusmodi, aut alias personas, quomodolibet publicari, non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon Hospitalis, & fabricæ prædictæ, statutis priuilegijs, indultis, & literis apostolicis, & alijs tunc in eadē Cōstitutionē expressis, contrarijs quibuscunq;, quibus pro illa uice, specialiter & expresse derogauimus. Quam Constitutionem, etiam in Cancellaria apostolica publicari, & describi iussimus.

Attestatio probitatis Deputat. Fab.

Et cum, sicut postea nobis innotuit, Præsidentes, & deputati fabricæ prædictæ, ac eorum Commissarij, priuilegijs, facultatibus, & indultis, eiusdem (ut præfertur) concessis, modeste semper usi fuerint, ac utantur, in nihilo de contentis in eis abutendo, dictamq; Constitutionem propterea, quantum ad ipsam fabricam eiusq; Commissarios & deputatos attinet, per malam informationem, & præter animi nostri intentionem, emanasse, nobisq; incumbat, hanc Principis Apostolorum Basilicam, omnium totius orbis ecclesiarum matrem: & quam tot Rom. Pont. prædecessores nostri innumeris priuilegijs, & indultis decorarūt, etiam per nos, præcipuis fauoribus confouere, prout confouimus, & eidem, illiusq; deputatis, & Commissarijs, ea concedere, per quæ ipsa Basilica, in tam dispendioso opere tandiu inchoata, maius tandem accipiat incrementum, & Christifideles, qui in partibus existunt, si pias largitiones offerre, aut alia eidem Fabricæ suffragia præstare uoluerint, facilius, id quam se ad

Vrbem conferre, clargiri possint. Consyderantes itaq;, quòd nisi dicti Præsidentes, & deputati, priuilegys, indultis, & facultatibus, suspensionibus, & concessionibus, per Ro. Pont. & per nos, concessis, & approbatis in partibus; tam citramontanis, quàm ultramontanis, per suos Commissarios, libere utantur, Fabrica prædicta, quæ in formosam molem, ad dei cultum, & beati Petri, totiusq; fidei Catholicæ laudem, iam surgit, maximum patietur detrimentum. Idcirco nos in præmissis opportune prouidere uolentes: Motu & scientia similibus, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, dictam Constitutionem nostram tanquam per sinistram informationem emanatam, inquantum dictæ fabricæ Commissarios, priuilegys, facultatibus, suspensionibus, & indultis eisdem concessis, in partibus citramontanis libere uti prohibet, ipsaq; priuilegia limitat, moderandam et reducendam duximus, & tenore præsentis nostræ perpetuo ualituræ Constitutionis, moderamur, & reducimus, & ad deputatos, & Commissarios fabricæ prædictæ, illiusq; priuilegia, facultates, & indulta, non se extendere declaramus, Dictisq; deputatis propterea & fabricæ, ut tam per se, in Ro. Cu. quam per eorum Commissarios, in partibus citramontanis, & ultramontanis, & ubiq; locorum, omnibus & singulis priuilegijs, facultatibus concessiõ. & indultis, per Ro. Pont. prædecessores nostros, & nos, quomodolibet concessis, & innouatis, necnon aliorum indultorum, & priuilegiorum, reuocatiõ. & suspensionibus; prout ante dictam nostram Constitutionem utebantur, fruebantur, & potiebantur, seu uti, frui, & potiri, ac exercere poterant, in omnibus, & per omnia; perinde ac si prædictæ, & aliæ (forsan eidem Fabricæ contrariæ) Constitutiones, emanatæ non forent, libere, & licite (cum omni ta-

Reductio cōstitutis ꝙ nō se extēdat ad Cōmiss. Fabricæ nec eius priuilegia.

Deputati per se & eorũ Cōmiss. ubiq; possint uti et exercere oĩa priuilegia concessa Fabricæ.

men modestia) uti, frui, & potiri, ac illa exercere possint & ualeant, tenore præsentium concedimus & indulgemus. Inhibentes quibusuis locorum ordinarijs, etiam si Metropolitañ. aut alia facultate, etiam apostolica, & Legati de latere præditi existant, necnon quibusuis dominis temporalibus ne quominus, dictis priuilegijs, facultatibus, concessionibus, & indultis, ac suspeñ. dicti deputati, etiam per suos Commissarios, & ubiq; locorum, libere uti possint, dictæ nostræ, & aliarum Constitutionum emanatarum, & forsan emanandarum in futurum, prætextu, seu alio quouis quesito colore, impediãt, quimmo eisdem ubi, qñ & quotiens opus fuerit, cũ opportuno auxilio assistant; ac pñtem nostrã Cõstitutionẽ, in eorũ ciuitatibus, dioc. et dominys, publicare, illãq; ẽt sub ceñ. ecclesiasticis, & pœnis pecuniarijs, arbitrio suo imponeñ. seruari faciãt, sub eisdẽ cẽsuris, et pœnis, mandamus prædicta, nuper à nobis emanata, et alys æditis, & in futurũ forsan ædẽdis cõstitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cũ qbusuis clausulis, ẽt derogatoriarũ derogatorijs, fortioribus & insolitis, ac irritañ. decretis, ẽt si illis, nisi de earũ toto tenore, expressa fiat mẽtio, aut sub alys formis, derogari nõ possit, quorũ omniũ tenores, hic pro sufficienti derogatione, illorum pro insertis & expressis habere uolumus: cæterisq; cõtrarijs non obstantibus quibuscunq;. Volumusq;, quòd præsentis Transumpta manu Secretarij dictæ Fabricæ subscripta, & Sigillo eiusdem Fabricæ sigillata, fidem indubiam ubiq; lororum faciant.

Inhibitio contra ordinarios, & quoscunq; alios.

Derogatio cõstitutionũ ẽt in fut. ædendarum.

De Transũptis.

Placet, et ita motu proprio reducimus, declaramus, concedimus, & mandamus. A.

Datum Romæ Die Lunæ. X. Ianuarij. 1547.

AD Perpetuam rei memoriam. Post nostrā ad summi Apostolatus officij assumptionem toto cordis affectu semper mente reuoluimus celeberrimam diui Petri Apostolorum Principis Basilicam, quæ in admirabilem consurgit structuram, prout tenemur, debito fine terminare, ne desertis edificijs quod iam factum est periret, & tantum opus tanta pecuniarum ui excitatum frustra rueret, & cum Iulius II. & successiue alij prædecessores nostri suas et sedis apostolicæ facultates ad tantum opus perficiendum minime suf ficere posse uiderent, omnes christifideles cœlestis Thesauri præmijs & alijs spiritualibus gratijs, & donis toto nixu ad tam pium & laudabile opus inuitauerunt, diuersas Indulgentias etiam plenarias & facultates tam eis quàm Collegio officialium ad curam dictæ Fabricæ per Sedem Apostolicam deputatorum concedendo & innouando, Nosq; aliorum prædecessorum nostrorum uestigia insecuti Indulgentias etiam plenarias ac facultates priuilegia prærogatiuas, & Indulta à prædecessoribus nostris concessa in crastinum nostræ ad summi Apostolatus apicem assumptionis in genere reuocauerimus, & successiue per quasdam alias nostras sub plumbo omnes Indulgentias & nonnullas alias facultates durante anno Iubilei, & deinde ad nostrum beneplacitum reuocauerimus, & suspenderimus, ne autē propter huiusmodi reuocationes christifideles ad tam pium, & laudabile opus tepidiores reddantur, et Fabrica interrupta pendere cogatur, Motu proprio, & ex certa scientia nostrā, Indulgentias etiam plenarias, facultates priuilegia prærogatiuas, &

Motu proprio. Confirmatio priuilegiorum fab.

indulta prædicta per Iulium, Leonem, Adrianum, Clementem, & Paulum prædecessores præfatos Fabricæ, & Collegio præfatis concessas, & concessa cum omnibus & singulis decretis, & clausulis in singulis literis desuper tam sub plumbo q; in forma breuis confectis, quarum tenores, ac si de uerbo ad uerbum nihil penitus omisso inserti forent, præsentibus haberi uolumus pro expressis, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, ac in pristinum, & illud robur, & statum in quibus ante easdem reuocationes quomodolibet erant, plenariæ restituimus, reponimus, & reintegramus, ac plenariæ restitutas, repositas, & reintegratas existere decernimus, illasq;, & illa prout per dictos prædecessores nostros concessæ, & concessa sunt in omnibus, & per omnia innouamus, uolumusq;, & declaramus quòd Collegium ipsum Fabricæ præfatæ Indulgentias etiam plenarias (non tamen durante præsenti anno Iubilei) necnon omnes alias facultates priuilegia prærogatiuas, & Indulta prædicta præfato Collegio concessas, & concessa in futurum exercere possit, prout ante easdem reuocationes exercere posse dignoscebatur. Non obstantibus præmissis ac alijs, constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis quæ in singulis literis prædictis concessum fuit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca ad quæ expediens fuerit deferre, uolumus, & dicta auctoritate decernimus q; earum Trãsumptis Secretarij Collegij prædicti manu subscriptis, et sigillo dictæ fabricæ munitis, eadẽ prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ uel ostensæ. Datũ Romæ apud sanctũ Petrũ sub Annulo Piscatoris Die xx. mensis Iunij. M. D. L. Pont. Nostri Anno Primo.

Blo. el Fulgin.

Innouatio.

Declaratio quòd collegiũ et deputati possint exercere oĩa priuilegia.

Derogatio.

De Trãsumptis.

1550.

AD Futuram rei memoriam. Cupientes necessarie instaurationi Basilicæ Principis apostolorum de Vrbe taliter prouidere, ut exinde eius desiderata perfectio celerius subsequatur, necnon indulgentias, gratias, indulta, & facultates alijs pijs locis in eius præiudicium concessa adeo moderare, quod proterea ad huiusmodi perfectionem amplora Christifidelium suffragia obuenire ualeant. Cum itaque nos alias seu nuper ex certis tunc expressis causis nonnulla indulgentias concessiones gratias indulta & facultates beatæ Mariæ de Iesu Redemptionis captiuorũ nuncupatæ in ecclesia domus sancti Dominici ciuitatis Neapolitan. ordinis fratrum Prædicatorum, ac Montis pietatis eiusdẽ ciuitatis, & certis alijs Confraternitatibus necnon incurabiliũ præfatæ ciuitatis ac certis alijs hospitalibus, & pijs locis. Ita quod literæ desuper cõfectæ sub quibusuis reuocation. aut suspension. similium uel dissimilium Indulgentiarum minime comprehendantur, & quotiens reuocari seu suspendi contigeret, totiens in pristinum statum restitutæ essent, & esse censerentur, irritanti decreto desuper adiecto, & alias sub certis modo, & forma tunc expressis concesserimus & elargiti fuerimus. Et sicut nobis innotuit, indulgentiæ & concessiones, gratiæ indulta, & facultates huiusmodi in maximum Fabricæ Basilicæ sancti Petri de Vrbe præiudicium cesserint & cedant, & conueniens uideatur ut dicta Fabrica pro illius & eiusdem Basilicæ quæ cæterarum caput, & principalis existit, excellentia & dignitate, ac Vrbis nostræ decore ac uenustate imprimis, & ante omnia perficiatur, & ad optatum finem deducatur, et ab alijs

Narratiua Indulgentiarũ concessarum societati Redemptionis captiuorũ Mõtis pietatis et incurabilium ciuitatis Neapolitañ.

locis minime quoad consequendas Christifidelium elemosynas impedatur seu elemosynis ipsis ad illius perfectionem necessarijs fraudetur. Nos igitur indemnitati dictæ fabricæ, ac illius perfectioni, quantum in nobis est, consulere uolentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine omnia & singula indulgentias etiam plenarias, etiam illas a media Quadragesima usq; ad Pascha inclusiue ab ordinibus Mendicantium publicari solitas, ac alias concessiones, gratias, indulgentias, & indulta, ac etiam eligendi & deputandi Confessores qui absoluant, & alia faciant, ac reliquas omnes facultates huiusmodi indulgentias concernentes præfatis, & quibusuis alijs Confraternitatibus, ac Ecclesiis, Monasterijs, Hospitalibus, & alijs etiam regularibus, & pijs locis in ciuitate prædicta & dioc. ac toto Regno Neapolitañ. existentibus, & sub quibuscunq; inuocationibus institutis, non tamen Regnis Hispaniarum, & locis in literis Cruciatæ, & dictæ Fabricæ comprehensis ex quibusuis causis, ac sub quibuscunq; tenoribus, et formis etiam Imperatoris, Regum, Ducum, uel aliorum principum intuitu seu contemplatione, etiam Motu simili concessas & concessa, præterquam quoad ea in quibus indulgentiæ, & facultates ipsæ in aliqua sui parte iam sint sortitæ effectum. Ita ut præfatæ & aliæ confraternitates, & Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, ac loca huiusmodi illis uti seu illa publicari facere, aut quæstas aliquas exercere minime possint seu debeant, a die Mercurij Quadragesimæ, usq; ad octauam Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi inclusiue uniuscuiusq; anni dicta fabrica durante, nisi ad id deputatorum præfatæ basilicæ consensus accesserit, eorumq; omnium uim, & effectum per ipsum tempus auctoritate Apostolica tenore præsentium suspendimus, et suspensas

Motu proprio suspensio omniũ indulgentiarũ etiã a media quadragesima ab ordinibus mendicantiũ publ. solit. & eligen. & deputatum cõfessores etiã toto Regno Neapolitano.

A die Mercurij Quadragesimæ usq; ad octauam Paschatis. Nisi de consensu deputat. Fab.

fas esse, ac interim nullo modo publicari seu effectum sortiri aut locum sibi uendicare, nec alicui suffragari debere, Ac indulgentias Confraternitati Redemptionis captiuorum concessas huiusmodi ullo unquàm futuro tempore per Commissarios seu alios quoscunq; extra dictam Ciuitatem Neapolitanam publicari nullatenus posse. Necnon quicquid secus contigerit attemptari irritum & inane, decernimus, & declaramus, Ac eisdem Confratribus & quibusuis personis pro Confraternitatibus Monasterijs, Ecclesijs, Hospitalibus, & locis prædictis nunc et pro tempore deputatis sub nostræ indignationis, necnon excommunicationis latæ sententiæ eo ipso per contrafacientes incurrendis pœnis ne durantæ dicto tempore de huiusmodi indulgentijs, concessionibus, gratijs, indultis, & facultatibus ac quæstis se intromittere quoquomodo audeant seu præsumant districtius inhibemus, Non obstantibus præmissis ac quibusuis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem ut præsentium transumptis manu Notarii ipsius Fabricæ subscriptis, & sigillo collegij dictæ Fabricæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ eisdem originalibus adhiberetur si forent exhibitæ uel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die XXV. Ianuarij, M. D.L I I. Pont. nostri Anno secũdo.

Indulgentiæ concessæ confraternitati redẽptiõis captiuorũ nõ possũt publicari extra ciuitatẽ Neapolitanã.

Inhibitio contra quoscunq; ne durãte dicto tẽpore audeant se intromittere de indulgẽtijs et quæstis. Derogatio.

De Transũptis.

S. Ceruinus.

A. della Torre.

BREVE S.D.N.D. IVLII PAPAE III.

Confirmatorium Breuis fe. re. Pauli Papæ III. *super commissionibus signandis in fauorem* Fabricæ: *cum inhibitione* Cardinalibus, & Refe- *rendarijs, ne aliquas signent commissiones in rebus con cernetibus dictam* Fabricam *nisi seruata forma dicti primi breuis.*

IVLIVS PAPA III.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

DEcet Romanum Pontificem ea quæ in Basilica- rum, & Ecclesiarum quarũlibet, illarumq; Fa- bricarum, ac ipsarum Fabricarum, Collegiorum Præfectorum, & Deputatorum fauorem & commodnm concessa fuerunt, & quæ aliquan- do cassata, et annullata fuisse dicuntur, suæ approbationis atq; innouationis robore solidare ac de nouo disponere, ac alias tali- ter prouidere quòd Basilicæ, Ecclesiæ, Fabricæ, Collegia, Præfe- cti, & Deputati huiusmodi, prout par est, possint de cætero il- lis pacifice frui, & gaudere. Cum itaq; postquam fœlicis re- cordationis Paulo Papæ III. prædecessori nostro notum fue- rat, quòd nonnulli Apostolicæ Sedis Legati de latere, et Guber natores, & Commissarij in prouincijs, & locis Romanæ Eccle- siæ immediate subiectis Deputati, ac alias, tam prouinciarum et locorum eorundem, quàm etiam Vrbis, & Romanæ Curiæ

Narratiua pmi breuis Pauli pp III sup. cõmissio nibus signandis.

Iudices ordinarij prætextu, quòd ab eadem Sede illis indultum erat, quòd aliquibus causarum commissionibus iustitiam concernentibus, ac moratorijs, nisi illæ manu propria Romani Pontificis pro tempore existentis, uel alicuius eorum, etiam Motu proprio, aut alijs certis modis & formis, ac certis signis, & contra signis signate essent, parere minime tenerentur. Quodq; quascunq; causas à quibusuis Iudicibus auocare, et illas alijs audiendas, et decidendas delegare et committere possint in diuersis spiritualibus, profanis, criminalibus, mixtis, et alijs causis motis et mouendis commissionibus per bo.me. Laurentium Episcopũ tunc Prænestinen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalẽ de Cãpegio nuncupatum, et pro tampore ad commissiones Iustitiã concernen. eidẽ prædecessori porrectas in eius præsentia signandas deputatos, ac plenam et liberam facultatem per se uel aliũ ab eo deputandum desuper habentes, tam in præsentia, quàm ex certa sciẽtia, et in plena signatura iustitiæ, ẽt partibus, auditis, et pro iustitiæ debito signatis, et causarum hmõi auocationis, ac alijs dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus et Rotæ Auditoribus, cæterisq; iudicibus, tam in curia, quàm in prouincijs prædictis Commissarijs et literis Apostolicis super commissionibus ipsis tam sub plumbo, quàm in forma breuis confectis; necnon inhibitioñ. et mandatis illarum uigore decretis parere, nisi pro eorum uoluntate non curabant, imo contemnebant, et indebite recusabant, illisq; non obstañ. in causis ipsis etiam ab eis auocatis ad ulteriora procedere et inhibitiones decernere; Sententiasq; et censuras promulgare, ac etiam diuersas causas et Auditoribus præfatis commissas, et coram eis pendentes ad se auocare, et alijs delegare præsumebant, propter quod interdum in eadem causa, et inter easdẽ partes per diuersos Iudices

ac in dicta curia, et extra eam procedebatur, et partes diuersis expen. et grauaminibus afficiebantur, ac Iurisdictiones confun debantur, et diuersa inconuenientia subsequebantur. Ideq; præ decessor ex premissis, et certis alijs causis, per quandam suam constitutionem, quam in Cancellaria apostolica publicari et de scribi fecerat, omnia et singula facultates concessiones et indul ta quibuscunq; dictæ Sedis Legatis etiam de latere, etiam Car dinalibus ac Gubernatoribus, Commissarijs, et alijs quibuscũq; Iudicibus quocunq; nomine nuncupatis, et quauis etiam pontifi cali dignitate fungentibus tam Vrbis et curiæ, quàm prouincia rum, et locorum prædictorum sub quibuscunq; tenoribus et for mis, etiam per modũ statuti perpetui, et cum quibusuis etiã re uocation præseruationibus, ac alijs clausulis, necnõ irritãtibus, et alijs decretis, etiam motu simili, et ex quibusuis causis, per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores suos, ac forsan eundem prædecessorem eatenus quomodolibet concessa, et con firmata, quo ad id, ut ipsi Legati, Gubernatores, Commissarij et Iudices, Commissionibus Apostolicis, nisi manu Romani Ponti ficis, ac etiã Motu proprio, et alias sub certis modis signate es sent, parere tenerentur, ac quoad quascunq; causas à quibusuis Iudicibus ordinarijs et extraordinarijs et auctoritate Sedis præ dictæ Delegatis, etiam Rotæ Auditoribus auocare, et illas alijs quibusuis modis et formis audiendas, decidendas, et fine debito terminandas delegare seu committere possent dũtaxat reuoca uerat, cassauerat, et annullauerat, ac pro non concessis haberi uoluerat, eisdemq; Legatis, Gubernatoribus, Commissarijs, et Iudicibus ex tunc de cætero nullatenus suffragari potuisse ac quicquid per eos prætextu facultatem et indultorum reuocato rum huiusmodi attentari cõtingeret, nullius roboris uel momẽt

existere decreuerat, Cum à nonnullis dubitaretur, ne per constitutionem suam huiusmodi priuilegia et facultates quo ad præmissa dilectis filijs Collegio, & Præfectis Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe per piæ me. Iulium II. Leonē X. Adrianum V. & Clementem VII. prædecessores suos concessa, & per eundem Paulum confirmata & innouata, cassata, et annullata forent, Idem Paulus prædecessor, cuius mentis erat priuilegia & facultates dictæ Fabricæ concessa, confirmata & innouata potius augere, quàm reuocare, Motu simili & ex certa scientia, suam constitutionem reuocatoriam prædictam, ad priuilegia, facultates & indulta eidem Fabricæ per Iulium, Leonem, Adrianum, & Clementem concessa, & per Paulum prædecessores præfatos confirmata & innouata non se extendere, sed illa à constitutione sua reuocatoria omnino excepta esse decreuerit, & declarauerit, priuilegiaq; facultates & indulta Fabricæ, & Collegio concessa huiusmodi inuiolabiliter, prout iacebant, obseruari mandauerit, & quatenus opus esset, priuilegia, facultates, & indulta eisdem Fabricæ, ac illius Præfectis & Deputatis concessa prædicta innouauerit, ac de nouo quascunq; Cōmissiones tam gratiæ, quàm iustitiæ interesse dictæ fabricæ quomodolibet concerneñ. aliter quàm manu sua et successorum suorum Romanorum Pontificum etiam ad hoc uocato Iconomo dictæ fabricæ signatas nullius esse roboris uel momenti, et ita per quoscunq; Iudices sententiari, & iudicari debere decreuerit, prout in supplicatione desuper manu eiusdem Pauli prædecessoris Motu proprio signata, cuius solam Signaturam quoad id sufficere uoluit, plenius continetur. Nos cupientes, ut omnia & singula priuilegia facultates & indulta fabricæ, Collegio, et Deputatis præfatis per prædictos & alios quoscunq; Romanos

Pontifices prædecessores nostros sub quibuscunq; tenoribus & formis concessa approbata & innouata perpetuo durent & illibata præseruentur, ac firmiter obseruentur, necnō Fabrica, Collegium & Deputati præfati in eis manuteneantur, Motu simili non ad ipsorum Collegij & Deputatorum, aut aliorū pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate decretum & declarationem Pauli prædecessoris huiusmodi & prout eisdem Fabricæ Collegio & deputatis cōcessa sunt, omnia & singula priuilegia, facultates & indulta prædicta, illorum omnium tenores præsentibus, pro sufficiēter expressis habentes ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus illaq; innouamus ac inuiolabiliter obseruari debere. Necnon sub quibuscunq; reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, aut derogationibus per nos & quoscunq; Romanos Pontifices successores nostros ex quibusuis causis quomodolibet pro tempore factis minime comprehensa sed semper ab illis excepta esse, & censeri, Et nihilominus pro potiori cautela. Quascunq; Commissiones tam gratiæ, quàm iustitiæ interesse dictæ Fabricæ quomodolibet concernentes aliter, quàm manu nostra propria aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum etiam ad hoc uocato Iconomo dictæ fabricæ quomodolibet pro tempore signatas nullius roboris uel momenti existere, ac pn̄tes de subreptionis, uel obreptionis uitio, seu intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari nullatenus posse & ita per quoscunq; Iudices & Commissarios etiam causarum palatij Apostolici huiusmodi Auditores etiam Sanctæ R. E. Cardinales sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari, sententiari, & difiniri debere de

Motu proprio.

Confirmatio decreti supranarrati, & aliorū priuilegiorum fabricæ.

Priuilegia nō cōprehendātur sub quibuscunq; reuocationibus pro tēpore factis.

Cōmissiones tam gratiæ quàm iustitiæ cōcernētes īteresse Fabricæ aliter quàm manu Pont. et uocato iecon omo signate nullius sint roboris & momenti.

nouo decernimus & declaramus. Et nihilominus omnes et sin gulas causas quæstiones & controuersias hactenus inter Icono mum dictæ Fabricæ, & quasuis alias personas super quibusuis rebus quomodolibet tam actiue, quàm passiue præter & cōtra facultatum, priuilegiorum, & indultorum, necnon Decreti, & declarationis Pauli prædecessoris huiusmodi formam, continen tiam & tenorem, coram quibusuis Iudicibus etiam Sanctæ Ro= manæ Ecclesiæ Cardinalibus in quauis instantia commissas, mo tas, & indecisas pendentes, quarum status & merita ac nomi na & cognomina Iudicum & collitigantium præsentibus habe ri uolumus pro expressis in eisdem statu & terminis, in quibus reperiuntur, harum serie ad nos aduocantes, illas cum omnibus & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergeñ. annexis & connexis eisdem præfectis, & deputatis iuxta priuilegiorū facultatum, indultorum, decreti, & declarationis eorundem te= norem reassumendas, audiendas, cognoscendas, decidendas fi= neq; debito terminandas per præsentes committimus & man= damus. Districtius inhibeñ. dilectis filijs Angelo Sanctæ Po= tentianæ de Medicis, & Hieronymo sancti Martini in Mōti= bus, Verallo nuncupatis præsbyteris, & quibusuis alijs eiusdē Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus aut alijs ad supplicationes tam gratiæ, quàm Iustitiæ uel alterius earum tam in præsentia, q̃ ex certa scientia nostris ac in plena signatura Iustitiæ signan= das nunc & pro tempore deputatis ac etiam utriusq; signatu= ræ nostræ Referendarijs, ne sub inobedientiæ & indignatio= nis nostræ pœnis aliquas commissiones, seu supplicationes ali= quod interesse, damnum uel præiudicium dictæ Fabricæ con= cernentes signare referendare, seu in eis manum apponere, aut alias expedire quoquomodo audeant, seu præsumant. Ac

Auocatio cārum fabricæ a quibusuis Iudicibus, & cōmissio earundē deputatis præfatæ fabricæ.

Inhibitio Cardinalibus ad signaturā iustitiæ & gratiæ deputatis et utriusq; signaturæ referendarijs ne signēt aliquas cōmissiones uel supplicatiões interesse Fabricæ concernētes.

Decretũ irritãs. decernen. ex nunc irritum & inane, si secus super praemissis seu aliquo praemissorum à quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. praemissis ac stylo Palatij, necnon quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quae praefatus Paulus praedecessor uoluit non obstare, caeterisq; contrarijs quibuscunq;. Dat. Romae apud Sanctum Marcum, Sub Anulo Piscatoris. Die XX. Iulij, M. D. LII. Pontificatus Nostri, Anno Tertio.

1552.

Gal. Aquinas.

BREVE CONFIRMATIONIS ABDIcationis quaestarum sancti Antonij de sancto Antonio Viennen. in fauorem Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe.

IVLIVS PAPA III.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Regimini militantis Ecclesiae diuina dispositione praesidentes circa statum ecclesiarum quarumlibet, ac praesertim Basilicae nostrae Principis Apostolorum de Vrbe, quae fama & deuotione caeteras orbis ecclesias praecellit prospere dirigendum nostrae considerationis aciem extendimus, et ijs quae pro comoditate, & utilitate Fabricae eiusdem Basilicae concessa fuisse dicuntur, ut illibata persistant libenter, cum à nobis petitur

Apostoz

Apoſtolico munimine roboramus. Sanè pro parte Venerabi-lis fratris noſtri Philippi Epiſcopi Salutarium, & dilectorum fi-liorum aliorum Deputatorum Fabricæ Baſilicæ Principis Apo-ſtolorum de Vrbe nobis nuper exhibita petitio continebat. — **Narratiua.**

Quòd alias felicis recordationis Paulus Papa Tertius prædeceſſor noſter ex certis tunc expreſſis cauſis omnia, & ſingula priuilegia dictæ fabricæ, & eius collegio eatenus per piæ memoriæ Iulium ſecundum, Leonem decimum, Adrianum ſextum, & Clementem ſeptimum, ac quoſcunq; alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam eundem Paulum prædeceſſorem modis, & formis tunc expreſſis conceſſa, illorum tenores pro expreſſis habens confirmando, & approbando, ac illis firmis ſemper, & illeſis remanentibus, omnes, & ſingulos quæſtores, commiſſarios, miniſtros, Theſaurarios, & alios officiales per guardianos quoruncumq; hoſpitalium, & inter alia ſancti Antonij de S. Antonio ordinis ſancti Auguſtini Vienneñ. dioceſis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, tam per eum quam alios prædeceſſores præfatos deputatos reuocauit, omnemq; facultatem poteſtatem, & auctoritatem quæſtuandi, & quæſtas exerceri faciendi, à quæſtoribus Commiſſarijs, Miniſtris, Theſaurarijs, depoſitarijs, nec non alijs prædictis, ac guardianis, officialibus, ac etiam alijs ſuperioribus dicti Monaſterij priuilegia, & facultates eos ſubſtituendi, & deputandi habentibus abdicauit, ita quod ex tunc in antea perpetuis futuris temporibus quæſtores, commiſſarij, miniſtri, Theſaurarij, depoſitarij, aut alij officiales ad quæſtas huiuſmodi exercendũ, ab aliquibus etiam a nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conſtitui, & deputari non poſſent niſi ipſis conſtitutioni & deputationi collegij Deputatorum pro tempore Fa-

Facultates Pauli tertij.

Reuocatio quæſtarum.

Sancti Antonij.

bricæ huiusmodi expressus accederet assensus, mandans uniuersis & singulis tam locorum ordinarijs, eorumq; Vicarijs, officialibus & ministris, quàm alijs quibuscunq; ecclesiarum prælatis, subingressus Ecclesiæ, ac suspensionis à diuinis, necnō excommunicationis maioris, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & duorum milium ducatorum auri de Camera dictæ Fabricæ applicandorum pœnis, per eos quotiens cōtrauenirent incurrendis, quatenus de cætero aliquas quæstuandi licentias, & desuper literas quibuscunq; quæstoribus, uel alijs personis, etiam prætextu cuiusuis antiquæ consuetudinis, uel possessionis eisdē ordinarijs similes licentias concedendi & aliquam partem ex quæstis huiusmodi exigendi, & percipiendi, et seu uigore quoruncunq; priuilegiorum, & indultorum, ac literarum apostolicarum etiam per dictum prædecessorem eis eatenus concessarum uel in posterum concedendarum, absq; expressa licentia eiusdem Fabricæ deputatorum nullatenus concederent uel impartiri præsumerent, nec ipsos quæstores publicæ quæstuare permitterent, seu tacendo dissimularent, quinimo eos ad parendum præfati prædecessoris literis, et in eis cōtentis quibuscūq; sub ecclesiasticis censuris, et pœnis etiam pecuniarijs præfatæ Fabricæ applicandis, omnino cogerent et compellerent, necnon eisdem Fabricæ Deputatis, eorumq; Commissarijs contra eosdē locorum ordinarios, illorūq; Vicarios, et ministros, necnō quoscunq; aliarum Ecclesiarum Prelatos, superiores, et personas tā seculares quàm quorumuis etiam mendicantium ordinum regulares, quæstas facientes seu quæstuari permittentes, uel licentiam dantes in euentum contrauentionis, ad declarationem incursus pœnarum, et censurarum prædictarum, necnon contra quæstores præfatos quæstas facientes, absq; ipsorū deputatorū

expreſſo conſenſu, etiam per uiam inquiſitionibus procedendi, eosq; ubilibet capiendi, & incarcerandi, ſeu incarcerari facien di, illosq; tanquam inobedientes & rebelles mulctandi, ac pecu- nias per eoſdem quæſtores occaſione dictarum quæſtarũ, uel in dulgentiarum quomodolibet acquiſitas eidem Fabricæ applican di, ac ab eis, & eorum ſingulis etiam ipſis inuitis, & renitenti bus auferendi, & prout latius in alijs dicti prædeceſſoris literis in fauorem dictæ fabricæ, conceſſis continebatur faciendi, nec- non pro præmiſſis omnibus, & ſingulis exequendis auxilium brachij ſecularis quotiens opus foret inuocandi, omnimodam per ſuas literas facultatem conceſſit, certis executoribus deſuper de- putatis, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat Philippus Epiſcopus, et alij de- putati præfati cupiant, omnia præmiſſa, ac ſingulas deſuper con- fectas literas etiam munimine noſtro roborari. Nos cupientes, ut operis dictæ Fabricæ tantis iampridem impenſis incepti perfe- ctio celerius ſubſequatur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula præmiſſa, necnon priuilegia, facultates, con- ceſſiones, reuocationes, indulta, inhibitiones, abdicationes, manda ta, & decreta, ac ſingulas literas Pauli, & aliorum prædeceſſo rum huiuſmodi cum omnibus, et ſingulis in eis contentis decre tis, mandatis, inhibitionibus, ac clauſulis, et indeſequuta quæcũq; ac etiam illarum uigore factas quomodocunq; amotiones, priua- tiones, & alia decreta apoſtolica auctoritate tenore præſentium ex certa ſcientia noſtra perpetuo comprobamus, & confirma- mus, ac plena roboris firmitate ſubſiſtere, ſuosq; plenarios effe- ctus ſortiri, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, ac eiſdem Collegio, & deputatis, necnon chriſtifidelibus uniuerſis perpe- tuo ſuffragari debere, ſicq; in præmiſſis omnibus, & ſingulis

Confirmatio.

Perpetuo.

Decretū irritā. per quoscunq; iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, in quauis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, ac si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari irritum, & innane decernimus, illaq; & illas cum omnibus & singulis indultis, priuilegijs, decretis, mandatis, inhibitionibus, facultatibus, & alijs clausulis supradictis, eisdem auctoritate, scientia, & tenore etiam perpetuo concedimus, supplentes omnes, & singulos iuris & facti defectus si qui forsan interuenerint in eisdem, non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon monasterij sancti Antonij, et ordinis hmōi iuramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos, ac sedē eandem etiam motu proprio, ac contemplatione quorumcunq;, et per quascunq; tā sub plumbo quàm in forma breuis literas monasterio præfato, et dilectis filijs illius conuentui, ac eiusdē, necnon dicti ordinis Prioribus, præceptoribus, et religiosis et præsertim nostro Francisco tituli Sanctorū Petri et Marcellini Presbytero Cardinali de Turnone nuncupato, qui tunc dictū monasterium sancti Antonij ex concessione, et dispensatione Apostolica obtinebat, ac Francisco de Langiaco moderno ipsius Monasterij Abbati, dilectis filijs sub quibuscunq; tenoribus, et formis, ac cum quibusuis etiā derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et alijs decretis hactenus etiam pro quæstis faciendis et elemosinis recipiendis in genere, et in specie, ac alias in contrarium quomo-

Concessio in perpetuum.

Suppletio defectuum.

Derogatio priuilegiorum sancti Antonij.

Derogatio literarum concessarū Card. de Turnone, & Francisco de Langiaco.

dolibet, ac etiam nouissime concessis, approbatis, et innouatis, etiam si per eas eisdem Francisco Cardinali, *et* Francisco Abbati, *ac conuentui, ut ipsi, aut quæstores pro tempore existentes in dicta* Vrbe *seu una ex ciuitatibus Lōbardiæ huiusmodi per ipsos* Abbatem, *et conuentum pro eis, et eorum religione specialiter deputatos* Vicarios *generales ordinē ipsum expresse professos sufficientes, et idoneos eorū patentibus literis sigillo præfatæ religionis munitis approbati, aut ab eisdem* Vicarijs *generalibus pro tempore deputati, sub nomine ipsius sancti* Antonij *quæstas huiusmodi in prædictos, et non alios usus conuertendas facere, et à quibuscunq; utriusq; sexus* Christifidelibus *eleemosinas, et oblationes in honorem sancti* Antonij *huiusmodi deuote datas, et erogatas in subuentionem monasterij, et religiosorum, ac pauperum prædictorum, citra tamen usum indulgentiarum, et earum prædicationem, ac confessionalium concessionem, quæ omnino sub pœnis in* Clementis, *et illarū monitorijs* Pauli *prædecessorum prædictorum literis huiusmodi contentis prohibita esse uoluimus, et decreuimus recipere, et leuare ualerent, et alias iuxta singularum nostrarum eis concessarum literarū continentiam, et tenorem concesserimus et indulserimus, ac* Franciscum Cardinalem, *et* Franciscum Abbatem, *et conuentum, et alios præfatos super perceptione quæstarum, eleemosinarum, et oblationum huiusmodi per* Patriarchas, Archiepiscopos, *et* Episcopos, *ac alios locorum ordinarios seu* Vicarios, *aut* Collegium *deputatorum* Fabricæ *huiusmodi contra earundem literarum tenorem molestari uel impediri, aut aliquibus cēsuris, et pœnis innodari non posse, ac quicquid secus contigeret attemptari irritum, et innane decreuerimus, necnon ad omnia inconuenientia tollenda, eisdem* Patriarchis, Archiepiscopis, *et* Episcopis, *ac alijs*

locorum ordinarijs in uirtute sanctæ obedientiæ quatenus quæ-stas sub nomine sancti Antonij *per alios quam ut præfertur ap probatos uel deputatos de quorum approbatione seu deputatio-ne eis legitime constaret quæstas fieri, aut illarum prætextu ali quas elemosinas percipere non permitteret. districte præcipien do mandauerimus* Leonis, et Clementis, ac Pauli *prædecessorũ huiusmodi literis, et concessionibus quibuscunq; in fauorem di-ctæ fabricæ seu illius deputatorum* Collegio *in contrarium quo modolibet factis, et emanatis ea uice specialiter, et expresse de-rogando quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti dero-gatione, de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica, indiui dua, et expressa, nõ autem per clausulas generales idem impor-tantes mentio seu quæuis alia expressio habẽda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi ac si de uerbo ad uerbum nihil pœnitus ommisso, et forma in illis tra dita obseruata inserti forent specialiter et expresse derogamus, et sufficienter derogatum esse uolumus, aut si aliquibus com-muniter uel diuisim ab* Apostolica *sit sede indultum, quod inter dici suspendi uel excommunicari non possint per literas* Apo-*stolicas non facientes plenam, et expressam, ac de uerbo ad uer-bum, de indulto huiusmodi mentionem.* Volumus *autem ꝙ tran sumptis etiam impressis manu* Secretarij Collegij *subscriptis, et sigillo præfatæ* Fabricæ *munitis eadẽ prorsus fides adhibea-tur quæ præsentibus adhiberetur; si essent exhibitæ uel osten-sæ.* Dat. Romæ *apud sanctum* Petrum *sub annulo* Piscatoris, *die* XV. Decẽbris M. D. LIII. Pont. *nostri* Anno Quarto.

De Trãsumptis.

1558

B. Lomellinus.

P. Aloisius Fidelis.

BREVE S. D. N. D. IVLII, DIVINA *prouidentia Papæ tertij confirmationis indulgentiarum priuilegiorum gratiarum et aliarum facultatum in fauorem Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe.*

IVLIVS PAPA III.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVpientes ea quæ pro utilitate, et commodo Fabricæ Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe ac Christifidelium illius confraternitatem intrantium animarum salute, prouide facta, et concessa sunt, ut firma perpetuo, et illibata persistant confirmationis Apostolicæ munimine roborari. Venerabilis fratris nostri Philippi Episcopi Salutiarũ, et dilectorum filiorum aliorum deputatorum dictæ Fabricæ supplicationibus inclinati. Omnia, et singula indulgentias etiam plenarias, facultates, priuilegia, immunitates, exemptiones, dispensationes, quæstarum prohibitiones, indulgentiarum suspensiones, prærogatiuas, et indulta, et alias quascunq; gratias, tam per fe. recor. Paulum papam Tertiũ quàm alios Romanos pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, et sedem apostolicã, præfatæ Fabricæ eiusq; Collegio, et deputatis, necnon omnibus et singulis utriusq, sexus Christifidelibus, ubicunq;, et in quibuscunq; prouincijs Regnis, Insulis, et Dominijs, Vbilibet constitutis confraternitatem dictæ Fabrice pro tempore intrãtibus, et alijs pro eadem Fabrica manus porrigentibus adiutrices, seu

Cõfirmatio priuilegiorum Fabricæ.

alia in literis desuper confectis contenta adimplentibus conces-

Cõfirmatio omnium decretorũ, & clausularũ.

sas, & concessa cum omnibus, & singulis decretis, & clausulis in singulis præfatis literis, tam in forma breuis quàm sub plumbo confectis, quarum tenores ac si de uerbo ad uerbum nihil penitus omisso, inserti forent præsentibus haberi uolumus pro expressis Apostolica *auctoritate tenore præsentium ex certa scientia nostra perpetuo confirmamus, & approbamus, eaq; plena roboris firmitate subsistere, suosq; plenarios effectus sortiri et ab omnibus inuiolabiliter obseruari, ac eisdem fidelibus per-*

In perpetuũ suffragantur.

petuo suffragari debere, sicq; in præmissis omnibus, & singulis per quoscunq; iudices, & Commissarios *quauis auctoritate fungentes in quauis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, ac si secus super his à quoquam quãuis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari irritum, & innane decernimus, illaq;, & illas illis*

Concessio de nouo.

auctoritate, & scientia similibus de nouo concedimus, omnesq; & singulos iuris, & facti defectus si qui forsan interuenerunt

Derogatio.

in eisdem supplemus, non obstantibus præmissis, & apostolicis ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs æditis generalibus, uel specialibus constitutionibus, & ordinationibus Hospitalis *nostri* S. Spiritus *in* Saxia, *de* Vrbe *necnon* S. Sebastiani *extra muros* Vrbis, & S. Antonij *de* S. Antonio Viennen̄. Cistercien̄. & S. Augustini *ordinum* Monasteriorum, *ac ordinis Mercedis redemptionis captiuorum* Auinionen̄. *necnon* S. Helmi, S. Bouis, S. Bernardi, S. Leonardi, S. Marthæ, S. Catherinæ Montis Sinai, S. Viti, S. Mariæ *della* Heremita, *Beatæ Mariæ* Theutonicorum *prouinciæ* Pruſciæ, *Beatæ Mariæ de* Montesferrato *Monasteriorum seu hospitalium iuramento cõfirmatione*

apostolica

apostolica uel quauis firmitate alia roboratis, & consuetudini=
bus, priuilegijs quoq; indultis, gratijs apostolicis, Monasterijs, ho
spitalibus, & ordinibus prædictis, etiam per quoscunq; prædes=
cessores nostros Romanos Pontifices, & nos ac sedem apostoli
cam etiam quibuscunq; motu, & contemplatione, & ad quorum
uis instantiam, etiam consideratione dilectorum filiorum Caro
li Quinti Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Hen
rici, necnon claræ memoriæ Francisci Francorum Regū Chri
stianissimorum necnon Reginarum Ducum, & Principum
etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & aliàs sub quibusq=
cunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogato=
riarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis,
necnon irritantibus, & alijs decretis hactenus etiam pro quæ=
stis faciendis, & eleemosinis recipiendis in genere, & in spe=
cie, ac aliàs in contrarium quomodolibet, & etiam nouissime si=
mul & successiue concessis, approbatis, et innouatis quibus om
nibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorūq;
totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, non
aūt per clausulas generales idē importantes mentio, seu quæuis
alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhoc
seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de uerbo ad uerbum
nihil pœnitus dimisso, & forma in illis tradita obseruata inserti
forent specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter de=
rogatum esse decernimus, aut si aliquibus communiter uel diui
sim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, uel
excommunicari non possint per literas apostolicas non faciens=
tes plenam et expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto hu
iusmodi mentionem. Volumus autem quòd præsentium trans=
sumptis etiam impressis, manu Secretarij Collegij subscriptis, De Trāsumptis.

& sigillo præfatæ Fabricæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ et ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris; die xv. Decembris. M. D. LIII. Pont. nostri Anno Quarto.

1553

B. Lomellinus.

P. Aloisius Fidelis.

BREVE IVLII III. REVOCATORIum omnium & singularum quæstarum & commissariorum in fauorem Fabricæ Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe.

IVLIVS PP. III.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

SI in uniuersa Christifidelium templa gratiarum muneribus ornanda locupletandaq; propensi sumus, in iuuanda, promouenda, & amplificanda, ac suis in priuilegijs conseruanda Fabrica Basilicæ nostræ Principis Apostolorũ de Vrbe, quæ cæteras orbis Ecclesias fama, & deuotione antecellit, flagrantioribus studijs incumbere debemus. Sanè uenerabilis frater noster Philippus Archintus Episcopus Salutiarum, & dilecti alij Deputati dictæ Fabricæ nobis nuper exponi fecerunt; quod dudũ postquam fœlicis recordationis Clemens Papa VII. prædecessor

Reuocatio quæstarũ Clementis.

noster, ad quem ex diuersis mundi partibus quàmplures quere
læ perlatæ erant, ꝙ multi questores sancti Spiritus in Saxia, et.
sancti Ioannes Lateraneñ. ac sancti Iacobi pauperum incurabi
lium de Vrbe, & aliorum Hospitalium, necnon sancti Seba
stiani extra muros dictæ Vrbis, & sancti Antonij Vienneñ.
Cisterciéñ. & sancti Augustini ordinum Monasteriorum, ac
ordinis Mercedis redemptionis captiuorum nominibus in diuer
sis ciuitatibus, & diocœsibus quæstas uigore priuilegiorum per
Romanos Pontifices prædecessores nostros tunc suos illis cõces
sorum, & per literas eiusdem Clementis prædecessoris inno
uatorum facere, & confratres describere, eisq; confessionalia
concedere, ac Capellas erigere, illisq; errectis, indulgentias
Hospitalibus, & Monasterijs, ac locis eorum concessas, commu
nicare, & alia plura etiam concedere, ac priuilegijs prædictis,
etiam circa indulgentias eisdem hospitalibus, et monasterijs cõ
cessas abuti præsumebãt, propter quòd Christifideles quàm plu
rimum scandalizabantur; querelis prædictis prouidere uolens,
per quasdam suas literas, priuilegia per prædecessores prædi
ctos (ut præfertur) concessas, et per eum approbata, ac indulgen
tias prædictas, & literas apostolicas desuper expeditas, Aposto
lica auctoritate ad beneplacitum suum suspenderat, ac capellas
sub inuocatione sancti Sebastiani literarum suarum prædictarũ
uigore cum communicatione indulgentiarum prædictarum er
rectas, pœnitus suppresserat & cassauerat, necnon confessiona
lia per quæstores prædictos concessa, ad formam quinterni can
cellariæ apostolicæ reduxerat, & iuxta illam dumtaxat eis suf
fragari uoluerat. Et deinde cum ad suum peruenisset auditum,
quod hospitalium, et monasteriorũ, necnon ordinis redemptionis
captiuorum prædictorum quæstores, necnon commissary, pro

curatores, receptores, thesaurarij, factores, nuncij, & alij mini stri non solum supradicta, sed etiam plura alia eis nunquam cõ cessa facere, & concedere, ac in certis casibus prohibitis, et ma trimonialibus, dispensare, ac durante suarum indulgen= tiarum publicatione, quascunq; alias indulgentias, & gra= tias præter eorum facultatem suspendere, et aliqui super in= dulgentijs, & gratijs contendere, ac in pluribus grauiter exce= dere similiter præsumebant, in diuinæ Maiestatis offensam, ac suarum, & Christifidelium animarum perniciem, ac plurium perturbationem, et scandalum, idem Clemens prædecessor etiã, super his, ne deteriora parturirent, curæ suæ uigilantias adhibe re uolens, priores suas literas prædictas, & in eis contenta quæ cunq;, approbauerat, & innouauerat, ac omnia, & singula pri uilegia, facultates, et indulta, super deputatione commissariorũ, quæstorum, collectorum, et aliarum personarum hospitalibus, mo nasterijs, ordini mercedis redemptionis captiuorum, et illorum collegijs, guardianis, officialibus, & personis pro tempore exi= stentibus quomodolibet concessa, ac etiam per ipsum Clementẽ prædecessorem approbata, & de nouo concessa, necnon dictorũ prædecessorum suorum, ac suas desuper sub quacunq; forma ẽt breuis, & uerborum expressione confectas literas, ita ut de cæ tero hospitalium, monasteriorum, ordinis mercedis redẽptionis captiuorum prædictorum, Collegia, Guardiani, officiales, & per sonæ præfati priuilegijs, facultatibus, & indultis ipsis quoad cõ missariorum, quæstorum, collectorum, & aliorum ministrorum deputationes extra hospitalia, monasteria ipsa, ac Vrbem hmõi, et alia quibus specialiter concessa erãt loca uti, aut illorum præ= textu aliquos commissarios, quæstores, procuratores, receptores thesaurarios, factores, nuncios uel alios ministros deputare, seu

indulgentias, & gratias eis concessas publicare, uel confratres describere, seu aliqua confessionalia concedere, & in casibus prohibitis etiam matrimonialibus dispensare nequiret, illis aliàs in suo robore permansuris. Necnon quoscunq; commissarios, quæstores, procuratores, receptores, thesaurarios, superiores, nuncios, & alios quocunq; nomine nuncupatos ministros, tam per ipsum Clementem prædecessorem, & sedem apostolicam, quàm hospitalium, monasteriorum, ordinis mercedis redemptionis captiuorum collegia, guardianos, & officiales præfatos, seu quoscunq; alios eorundem priuilegiorum, facultatum, et indultorum & eiusdem Clementis prædecessoris etiam in forma breuis desuper confectarum literarum uigore constitutos, & deputatos, auctoritate prædicta reuocauerat, & reuocatos fore decreuerat per alias suas literas, Et successiuè cum ad aures piæ memoriæ Pauli papæ Tertij etiam prædecessoris nostri nō sine animi sui graui displicentia peruenisset, quod nonnulli hospitalium, & monasteriorum prædictorum, ac etiam sub sancti Helmi, sancti Bouis, sancti Bernardi, & sancti Leonardi, ac sanctæ Marthæ titulis seu nominibus quæstoris officiorum exercētes, præmissis non obstantibus, indulgētias publicare, ac alia per dictum Clementem prædecessorem, ut præfertur prohibita facere non erubescebant, in animarum suarum periculum, & Christifidelium maximum scandalum, præfatus Paulus prædecessor, scādalis quantum ei ex alto concedebatur prouidere uolens, per quasdam etiam in forma breuis uniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs, ipsorumq; in spiritualibus Vicarijs generalibus, & eorum cuilibet in uirtute sanctæ obedientiæ, quatenus quibuscunq; tā hospitalium, & monasteriorū prædictorum, quàm sub s. Helmi,

Reuocatio Pauli III.

S. Bouis, sancti Bernardi, sancti Leonardi, sanctæ Marthæ, aut alijs nominibus, non seruata forma dictarum literarum quæstoris officium exercentibus, quacunq; auctoritate, dignitate, & præheminentia fulgentibus indulgentias, & alia per literas supradictas prohibita publicare, præsumentibus seu audentibus, quæstoribus Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de dicta Vrbe deputatis dumtaxat exceptis, sua auctoritate sub excommunicationis, et alijs de quibus eis uideretur pœnis inhiberent, prout etiam tunc idem Paulus prædecessor inhibebat, ne indulgentias, aut alia per dictas literas prohibita, publicare, aut circa ea se quomodolibet intromittere auderent uel præsumerent, et in euentum non paritionis, contra eos ad declarationem incursus censurarum, et pœnarum prædictarum, ipsarumq; censurarum etiam iteratam aggrauationem, & auxilij brachij secularis si opus foret inuocationem, & alias usque ad effectualē executionem procederent præceperat, & mandauerat, Et subsequenter cum ad ipsius Pauli prædecessoris peruenisset notitiā, quod nonnulli quæstores, & commissarij, tam prædictis quàm alijs forsan nominibus, uigore priuilegiorum, & forsan aliorum etiam ab eodem Paulo prædecessore licet contra mentem suam emanatorum tam quæstas facere, quàm indulgētias publicare, & alia quæ eis concessa fuisse prætendebant exercere, ac diuersas pecuniarum summas res, & bona exigere, & aliqui forsan sibiipsis appropriare non desiterant, idem Paulus prædecessor scandalis quæ ex præmissis prouenire potuissent occurrere. & de pecunijs, rebus, & bonis eatenus exactis, quæ hospitalibus, monasterijs, & alijs locis facultatem quæstuandi, & alia præmissa exercendi seu exerceri faciendi habere prætendentibus nondum incorporata erant, grauissimis expensis etiā

quottidianis, dictæ Fabricæ, quam tunc idem Paulus prædeces-sor per tunc dictæ Fabricæ præfectos, & deputatos aggredi fe-cerat, & dante domino prosequi, & ad finē perducere inten-debat prouidere uolens, motu proprio, ac de apostolicæ potesta-tis plenitudine, singulas dicti Clementis prædecessoris, ac suas literas prædictas cōfirmans, approbans, et innouans (firmis ta-men, & illesis semper remanentibus omnibus, & singulis pri-uilegijs dictæ Fabricæ, & illius collegio, ac Deputatis eatenus concessis) omnes, & singulas pecuniarum summas, res, & bo-na ex quæstis eleemosinis indulgentijs, & alijs prædictis eate-nus prouēta, et penes tā prædictorū q̄ aliorū quorūcunq; hospi-taliū, monasteriorū, ordinū, ecclesiarū, et locorū quocūq; nomine nuncupatorū quæstores, cōmissarios, nūcios, ministros, Thesaura-rios, depositarios, siue alias personas, loca, collegia, & uniuersita-tē cuiuscūq; status, gradus, cōditionis, et dignitatis forēt existen-tia, quæ adhuc hospitalibus monasterijs, et alijs pijs locis prædi-ctis cū effectu īcorporata nō erāt, per alias suas ēt in forma bre-uis literas dictæ Fabricæ, et illius Collegio, et deputatis ad opus, et utilitatem dictæ Fabricæ cōcesserat, et applicauerat, ac pro cō-cessis, et applicatis eidē Fabricæ haberi uoluerat, necnō oēs, & singulos quæstores, cōmissarios, ministros, thesaurarios, et alios officiales per guardianos, officiales, et superiores hospitaliū, mo-nasteriorū ordinis redēptionis captiuorū, et aliorū locorū prædi-ctorū, ac ēt per eius prædecessores eatenus deputatos, reuocaue-rat, oēmq; facultatē, potestatē, et auctoritatē quascūq; īdulgētias, et alias gratias publicādi, cōfratres describēdi, cōfessionalia cōce-dēdi, in casibus matrimonialibus prohibitis dispēsandi, ab homici-dijs casualibus seu uolūtarijs, ac simoniæ labe absoluendi, et uota cōmutandi, ac forsan alia exercēdi, à quæstoribus, cōmissarijs, mi-

nistris, thesaurarijs, depositarijs, & alijs prædictis, necnō guardianis officialibus, et alijs superioribus hospitaliū, monasteriorū, & ordinis redemptionis captiuorum, ac aliorum locorum prædictorum priuilegia, & facultates eos substituendi, & deputandi abdicauerat, & ammouerat, mandans uniuersis, & singulis prædictorum hospitalium, monasteriorum, ordinis redemptionis captiuorum, sancti Helmi, alias sancti Adhelmi, sancti Bouis, S. Bernardi, sancti Leonardi, sanctæ Marthæ, & aliorum quorūcunq; ecclesiarum, & piorum locorum quæstoribus, commissarijs, ministris, thesauraryjs, depositarijs, & alijs officialibus siue aliis personis, loco, collegio, & uniuersitatibus, ut pecunias res, & bona ex quæstis indulgentiis, & aliis prædictis acquisita, ut præfertur dictæ Fabricæ applicata, & concessa penes ipsos, & eorum quēlibet existentia, & nondum ut præfertur minime incorporata præfatæ Fabricæ, & pro ea illius Collegio, & deputatis, ac officialibus prædictis, ad opus, & utilitatem dictæ fabricæ exponenda & conuertenda, persoluerent, & assignarent, eisdem uero tunc, & pro tempore dictæ Fabricæ deputatis, & præfectis, ut quæstores, commissarios, thesaurarios, depositarios, & officiales, aut alias personas penes quos pecuniæ, res, & bona huiusmodi existebant sub pœnis, et censuris de quibus eis uideretur tam posteriorum literarum Pauli prædecessoris huiusmodi, quàm aliorum priuilegiorum dictæ Fabricæ, & illius collegio, & deputatis præfatis concessorum uigore, ad solutionem, & consignationem huiusmodi faciendam cogerent, & compellerent, ac easdem posteriores literas, et in eis contenta quæcūq; inuiolabiliter obseruari mandarent, & facerent, inobedientes, & rebelles, ac contradictores quoslibet per pœnas, & censuras prædictas auctoritate ipsius Pauli prædecessoris appellatione post-

ne postposita compescendo inuocato etiam adhoc si opus foret auxilio brachij saecularis. Et insuper per eundem Paulum *acce pto, quòd post publicationem posteriorum literarum suarum hu= iusmodi, nonnulli locorum ordinarij, eorumq; Vicarij, officiales, & alij ministri lucri, ut credebatur cupiditate ducti in contem= ptum earundem posteriorum literarum suarum, & poenarum in illis contentarum, nonnullis hospitalium, monasteriorum, & aliorum locorum praedictorum quaestoribus, et cõmissarijs quae= stas praedictas faciendi, aliaq; praedicta exercendi, ac diuersas indulgentias publicandi licentias per eorum patentes literas ex presse concedere, & impartiri nõ erubescebant, uel ipsos quae= stuare publice permittebant seu dissimulabant, in animarũ sua rum periculum, & perniciosum exemplum, ac scandalum pluri morum, praefatus* Paulus *praedecessor cupiẽs etiam desuper op= portune prouidere Motu, & scientia suis similibus uniuersis, et singulis tam locorum ordinarijs eorumq; Vicarijs, officialibus, & ministris, quam alijs quibuscunq; ecclesiarum praelatis, sub ingressus ecclesiae, ac suspensionis à diuinis, necnon excommu= nicationis maioris, alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & etiam duorum* Millium Ducatorum *auri de* Camera *dictae* Fa*bricae applicandorum poenis, per eos eo ipso, absq; aliqua decla= ratione, quotiens contrauenirent incurrendis districtè praecipi= endo mandauit, quatenus de caetero aliquas quaestuandi, & in= dulgentias publicandi, licentias, & desuper confectas literas q= buisuis quaestoribus, uel alijs personis etiã praetextu cuiusuis an= tiquae consuetudinis uel possessionis eisdem ordinarijs similes licentias concedendi, & aliquam partem ex quaestis. & indul= gentijs hmõi, exigẽdi, et percipiẽdi seu uigore quorumcunq; pri uilegiorũ, & indultorum ac literarũ apostolicarum eis eatenus*

Alie literae Pau li.

concessorum uel in posterum concedendorum absq; expressa li centia eiusdem Fabricæ deputatorum nullatenus cōcedere uel impartiri præsumerent, nec ipsos quæstores publice quæstuare permitterent, seu tacendo dissimularent, quinimmo eos ad parendum reuerēter posterioribus literis Pauli prædecessoris huiusmodi, & in illis contentis quibuscunq; omnino cogerent, & compellerent. Et insuper eisdem Deputatis eorumq; commissariis, contra eosdem ordinarios, illorumq; Vicarios, et ministros, necnon quoscunq; alios ecclesiarum prælatos, superiores, et personas, tam seculares quàm quorumuis etiam mendicantium ordinum regulares, quæstas facientes, in euentum contrauentionis, ad declarationem incursus censurarum & pœnarum prædictarum procedendi, necnon quæstores præfatos quæstas facientes, & indulgentias huiusmodi, absq; ipsorum deputatorum expresso consensu ubilibet publicantes per uiam inquisitionis procedendi, eosq; ubilibet capiendi, et incarcerandi, seu incarcerari faciendi illosq; tanq; inobedientes, & rebelles muldandi, & ad triremes perpetuo uel ad tempus de quo eis uideretur relegandi, ac pecunias per eosdem quæstores occasione dictarum indulgentiarum uel quæstarum quomodolibet acquisitas eidem Fabricæ ut præfertur applicandas, ab eis, & eorum singulis etiam inuitis, & renitentibus uiolenter auferendi, necnō pro præmissis omnibus exequendis auxilium brachii secularis quotiens opus foret inuocandi omnimodam facultatem concessit prout tam in supradictis quàm diuersis aliis etiam iteratis uicibus desuper confectis, approbatis, et innouatis literis plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat Philippus Episcopus, & alii deputati præfati cupiant singula præmissa munimine nostro roborari, nos illorum supplica-

tionibus nobis ad hoc porrectis inclinati, ac omnino cupientes concessa dictæ Fabricæ suum debitum effectum sortiri, singulas Iulij, Adriani, Leonis, Clementis, & Pauli prædecessorum huiusmodi, ac etiam nostras, tam sub plumbo, quã in forma breuis desuper confectas, & emanatas literas cum mandatorum, inhibitionum, suspensionum quæstarum, & indulgentiarum, uoluntatum, suppressionum, cassationum, reductionum, approbationum, innouationum, reuocationum, preceptorum, prohibitionum, abdicationum, amotionum, applicationum, concessionum, facultatum, ac omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decrogationibus, & decretis etiam irritantibus, illarum tenores ac si de uerbo ad uerbum præsentibus insererentur pro sufficienter expressis, ac de uerbo ad uerbum insertis habentes, apostolica auctoritate, tenore præsentium ex certa scientia approbamus, & confirmamus, ac plena roboris firmitate subsistere suosq; plenarios effectus sortiri, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari, & eisdem christifidelibus Collegio, & Deputatis perpetuo suffragari debere, Sicq; in præmissis omnibus et singulis per quoscunq; iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attemptari irritum, & innane decernimus, illaq; et illas de nouo cum omnibus et singulis indulgẽtijs etiam plenarijs, facultatibus, priuilegijs, prærogatiuis, indultis, decretis, & alijs clausulis supradictis eisdem auctoritate, & scientia, & tenore etiã perpetuo concedimus, omnesq; & singulos iuris, & facti defectus si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus. Non ob-

Confirmatio literarũ aliorũ Ro. põt. et ipsus Iulij.

Perpetuo.

Decretũ irritãs.

Concessio de nouo in perpetuũ.

Indulgentia plenaria.

Suppletio defectuum.

Derogatio.

ſtantibus apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus conci- lijs æditis generalibus uel ſpecialibus conſtitutionibus, necnon hoſpitalium & monaſteriorum aliorumq; locorum prædictorũ, & quorumuis aliorum membrorum, & eccleſiarum etiam ca- thedralium, & metropolitanarum etiam iuramento cõfirmatio ne apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, et con ſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, et naturis, priuilegijs quoq; indultis et literis apoſtolicis tam ſub plumbo quã in forma bre- uis etiam ultimo loco hoſpitali noſtro ſancti spiritus in Saxia de Vrbe, *necnon monaſterijs ſancti* Antonij *de ſancto* Antonio Vienneñ. *et* Sanctorum Nicolai, *et* Bernardi *montis* Iouis, *eo- rumq; hoſpitalibus religioſis, et præceptoribus, ac præpoſitis, ac alijs eccleſiis hoſpitalibus, et locis piis, etiam motu ſimili, etiam à nobis emanatis, et forſan de nouo conceſſis, quauis auctoritate et* Cardinalatus *honore fulgentibus, tã ſuper quæſtis, et facul tate, ac iure quæſtuãdi, q̃: alias quolibet, et ſuper qbuſuis exem- ptionibus facultatibus, et imunitatibus cõceſſis, etiam ſi per eas præpoſito hoſpitali* Sanctorum Nicolai, *et* Bernardi *ſeu admini- ſtratori, et conuentui, ac fratribus per omnes mundi partes, pro ut retroactis annis, et temporibus facere conſueuerant, et tunc faciebant, quæſtuandi, et quæſtas faciendi, eleemoſinaſq; re- cipiendi, et quæſtuarios ad eorum nutum deputandi ponendi, et ammouendi, necnon certas tunc expreſſas, et quaſcũq; alias pen ſiones eis debitas, et debendas, exigendi, recipiẽdi, et recuperan di, abſq; aliquo impedimento uendendi, quibuſuis ſequeſtris pen ſionis tunc expreſſe ſeu terminorum decurſorum per certos cõ miſſarios etiam forſan dictæ* Fabricæ *appoſitis, ac priuilegiis ei dem* Fabricæ *in genere uel in ſpecie, et alias quomodolibet con ceſſis, et confirmatis, et innouatis, non obſtantibus quibuſcunq;*

Derogatio priui legiorum S. Au- toni, & S. Ber- nardi Montis Io uis.

facultas concessa fuerit. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, et expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaeuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de uerbo ad uerbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita, obseruata, inserti forent specialiter et expresse derogamus, et sufficienter derogatum esse uolumus, aut si aliquibus communiter uel diuisim ab apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi uel excommunicari nō possint per literas apostolicas non facientes, plenam, et expressam ac de uerbo ad uerbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem ꝙ transumptis etiam impressis manu Secretarii collegii subscriptis, et sigillo praefatae Fabricae munitis, eadē prorsus fides adhibeatur quae praesentibus adhiberetur si essent exhibitae uel ostensae. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die xv. Decembris. M. D. L I I I. *Pontificatus Nostri Anno Quarto.*

De Trāsumptis.

G. Rotul.

P. *Aloisius* Fidelis.

BREVE S. D. N. D. N. IVLII DIVINA

prouidētia Papæ III. Cōfirmatoriū reuocationis quæstarum & indulgentiarum quarumcunq; cum mandato ordinarijs ut non permittant aliquas quæstas exerceri nec indulgentias publicari nisi prius per suas literas earum copiam R. P. D. Deputatis Fabricæ transmiserint & ab eis responsum cui omnino parere teneantur habuerint.

IVLIVS PP. III.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Narratiua reuocationis quæstarum et indulgentiarum facta a Clemente VII.

Decet Romanum Pontificem, ad ea uigilantiæ suæ curas adhibere, per quæ mandatorum eius effrenata audacia trāsgressores, ad illorum obseruationem reducantur, & apertis illorum malitijs pœnarum condignarum adiectione, & alijs opportunis remedijs obuietur ac aliàs ipsis, & alijs similia committendi uia pœnitus occludatur, Dudum *si quidem postquam fœlicis recordationis* Clemens Papa VII. Prædecessor noster, *ad quem ex diuersis mundi partibus quam plures querelæ perlatæ fuerāt: quòd multi quæstores Sancti Spiritus in Saxia, & sancti Ioannis Lateranen. ac sancti Iacobi pauperum incurabilium de Vrbe, et aliorum hospitalium, necnō sancti Sebastiani extra muros*

dictæ Vrbis, & sancti Antonij de sancto Antonio Viennen. Cistercien, & sancti Augustini ordinum monasteriorum, ac ordinis Beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum, in diuersis Ciuitatibus, & diœcesibus quæstas uigore priuilegiorum seu facultatum, & aliarum indulgentiarum per eundē Clementem, & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, tunc suos, illis concessarum, & per literas eiusdem Clementis prædecessoris innouatorum facere, & confratres describere, eisq; confessionalia concedere, ac capellas erigere, illisq; erectis indulgentias hospitalibus, & monasterijs ac locis eorum concessas communicare, & alia plura etiam concedere, & priuilegijs prædictis etiam circa indulgentias eisdem hospitalibus, & monasterijs concessas abuti præsumebant, propter quod Christifideles quam plurimum scandalizabantur, quare eis prædictis prouidere uolens, per quasdam suas literas priuilegia per prædecessores ut præfertur concessa, & per eum approbata, ac Indulgen. prædictas & literas apostolicas desuper expeditas, apostolica auctoritate ad beneplacitum suum suspenderat, ac capellas sub inuocatione sancti Sebastiani literarum suarum prædictarum uigore, cum communicatione, indulgentiarum prædictarum erectas, pœnitus suppresserat, & cassauerat, necnon confessionalia per quæstores prædictos concessa, ad formam quinterni cancellariæ apostolicæ reduxerat, & iuxta illius reductionem dūtaxat eis suffragari uoluerat. Et deinde, cum ad suum peruenisset auditum, quod hospitalium, & monasteriorum, necnon ordinis redemptionis captiuorum prædictorum quæstores, necnon commissarij procuratores, receptores, thesaurarij, factores, nuncij, & alij ministri, non solum supradicta, sed etiam plura alia eis nunquam concessa facere,

Alia reuocatio eiusdem Cle.

& concedere, ac in certis casibus prohibitis; & matrimonia libus dispensare, ac durante suarum indulgentiarum publicatio ne, quascũq; aliàs indulgentias, & gratias præter eorum facul tatem suspendere, & aliqui super indulgentijs, & gratijs con tendere, ac in pluribus grauiter excedere similiter præsume bant in diuinæ Maiestatis offensam, ac suarum, & Christifi delium animarum perniciem, ac plurium perturbationem, & scandalum idem Clemens prædecessor etiam super hijs ne de teriora parturirent curæ suæ uigilantias adhibere uolẽs, prio res suas literas prædictas, & in eis contenta quæcunq; appro bauerat, et innouauerat, ac omnia & singula priuilegia facul tates & indulta super deputatione commissariorum, quæstorũ, collectorum, & aliarum personarũ hospitalibus, monasterijs or dini mercedis redẽptionis captiuorũ, et illorũ collegijs, guardia nis, officialibus, et personis pro tẽpore existẽtibus, quolibet cõces sa, ac ẽt per ipsum Clementẽ prædecessorẽ approbata, et de no uo concessa, necnon dictorũ prædecessorũ suorũ, ac suas desu per sub quacũq; forma ẽt breuis, et uerborũ expressione cõfe ctas literas, ita ut de cætero hospitalium monasteriorũ ordinis mercedis redẽptionis captiuorũ prædictorũ collegia, guardiani, officiales, et personæ præfati, priuilegijs, facultatibus, et indul gẽtiis ipsis, quo ad cõmissariorũ, quæstorũ collectorũ, et aliorũ mi nistrorũ deputationes extra hospitalia, monasteria ipsa, ac ur bẽ hmõi, et alia quibus specialiter concessa erant loca, uti, aut il lorũ prætextu aliquos cõmissarios, quæstores, procuratores, re ceptores, thesaurarios, factores, nũcios, uel alios ministros de putare, seu indulgẽtias, uel gratias eis concessas publicare, uel confratres describere, seu aliqua cõfessionalia concedere, et in casibus prohibitis ẽt matrimonialibus dispensare nequirent illis

aliàs

aliàs in suo robore permansuris, necnõ quoscũq; commissarios, quæstores, procuratores, receptores, thesaurarios, superiores, nuncios, & alios quocũq; nomine nũcupatos ministros, tã per ipsum Clementẽ prædecessorẽ, & sedẽ apostolicã, q; hospitaliũ, monasteriorũ, ordinis mercedis redẽptionis captiuorũ collegia guardianos, & officiales præfatos, seu quoscũq; alios eorũdem priuilegiorũ facultatũ, & indultorũ, & eiusdẽ Clementis prædecessoris, ẽt in forma breuis desuper confectarũ literarũ uigore constitutos, & deputatos, auctoritate prædicta per aliàs suas literas reuocauerat, & reuocatos fore decreuerat, Et successiue, cũ ad aures piæ me. Pauli papæ Tertij ẽt prædecessoris nostri, non sine animi sui graui displicentia peruenisset, q nõnulli hospitaliũ, & monasteriorũ prædictorũ, ac ẽt sub sancti Helmi, sancti Bouis, sancti Bernardi, et sancti Leonardi, ac sanctæ Marthæ titulis seu nominibus, quæstoris officium exercentes præmissis non obstantibus, indulgẽtias publicare, ac alia per dictum Clementẽ prædecessorẽ, ut præfertur, prohibita facere, non erubescebant, in animarũ suarũ periculũ, & christifideliũ maximum scandalum, præfatus Paulus prædecessor scandalis quantum ei ex alto concedebatur, prouidere uolẽs, per quasdã ẽt in forma breuis, uniuersis, et singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorũ ordinarijs, ipsorũq; in spũalibus Vicarijs generalibus, et eorũ cuilibet in uirtute sanctæ obedientiæ, quatenus, quibuscunq; tã hospitalium, & monasteriorũ prædictorũ, q; sub S. Helmi, S. Bouis, S. Bernardi, S. Leonardi, sanctæ Marthæ aut alijs nominibus, non seruata forma dictarũ literarum quæstoris officium exercentibus, quacũq; authoritate, dignitate, & præeminentia fulgentibus, indulgentias, et alia per supradictas literas prohibita publicare præsumentibus seu au-

Reuocatio Pauli pp. III.

Alia noĩa quæstuantium.

dentibus, quæstoribus Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorũ de Vrbe deputatis, dũtaxat exceptis, sua auctoritate sub ex= communicationis, & alys de quibus eis uideretur pœnis inhi= buerit, prout etiam tunc idem Paulus prædecessor inhibebat, ne indulgentias, aut alia per dictas literas prohibita publicare, aut circa ea se quolibet intromittere auderent, uel præsumerẽt, & in euentũ nõ paritionis contra eos ad declarationẽ incursus censurarum, & pœnarum prædictarum ipsarũq; censurarũ ẽt iteratam aggrauationẽ, & auxily brachy secularis si opus foret inuocationẽ, & aliàs usq; ad effectualẽ executionẽ procederẽt præceperat, & mãdauerat. Et subsequenter cũ ad ipsius Pauli prædecessoris ẽt peruenisset notitiam, ꝙ nonnulli quæstores et commissarÿ tã prædictis q̃ alÿs forsan nominibus uigore priui= legiorum & forsan aliarum ẽt ab eodem Paulo prædecessore li cet contra mentem suam emanatarũ tam quæstas facere q̃ in= dulgentias publicare, & alia, quæ eis concessa fuisse prætende bant exercere, ac diuersas pecuniarũ summas, res, & bona exi= gere, & aliqui forsan sibiipsis appropriare non desisterant, idẽ Paulus prædecessor scandalis quæ ex præmissis prouenire po= tuissent, occurrere, & de pecunÿs rebus, & bonis eatenus exa= ctis, quæ hospitalibus, monasterys, & alÿs locis facultatem quæ= stuandi, & alia præmissa exercendi seu exerceri faciendi ha= bere prætendentibus nondũ incorporata erant, grauissimis ex pensis, ẽt quotidianis dictæ fabricæ, quã tunc idem Paulus præ= decessor per tunc dictæ fabricæ, præfectos; et deputatos aggre di fecerat, & dante dño prosequi, & ad finẽ perducere inten debat, prouidere uolens, Motu proprio, ac de apostolicæ potesta tis plenitudine, singulas dicti Clementis prædecessoris, ac suas literas prædictas confirmans, innouans, et approbans firmis tñ,

Alia reuocatio eiusdẽ Pauli III Abdicatio quæstarum.

& illesis semper remanentibus omnibus, et singulis priuilegijs dictæ fabricæ, & illius collegio ac deputatis catenus concessis, oēs & singulas pecuniarum summas, res, & bona, ex quæstis, eleemosinis, indulgentijs, & alijs præfatis eatenus prouenta, et penes tā prædictorū q̄ aliorū quorūcunq; hospitalium, monasteriorum, ordinum, ecclesiarum, & locorum quocūq; nomine nuncupatorum quæstores, commissarios, nuncios, ministros, thesaurarios, depositarios, siue alias personas, loca collegia, & uniuersitatem cuiuscunq; status, gradus, conditionis, & dignitatis forēt. existentia, quæ adhuc hospitalibus, monasterijs, et alijs pijs locis. prædictis, cū effectu incorporata non erant, per alias suas ēt in forma breuis literas, dictæ fabricæ, et illius collegio, & deputatis, ad opus, et utilitatem dictæ fabricæ concesserat, et applicauerat, ac pro concessis, et applicatis eidem fabricæ haberi uoluerat. necnon oēs, & singulos, quæstores, commissarios, ministros, thesaurarios, & alios officiales per guardianos officiales, & superiores hospitalium, monasteriorum ordinis redemptionis captiuorum, & aliorum locorum prædictorum, ac ēt per eius prædecessores eatenus deputatos reuocauerat, oēmq; facultatē potestatem, et auctoritatem quascunq; indulgentias, et alias gratias publicandi, confratres describendi, confessionalia concedendi, in casibus matrimonialibus prohibitis dispensandi, ab homicidijs casualibus seu uoluntarijs, ac simoniæ labæ absoluendi, et uota cōmutandi, ac forsan alia exercendi, à quæstoribus, commissarijs, ministris, thesaurarijs, depositarijs, et alijs prædictis, necnō guardianis, officialibus, et alijs superioribus hospitalium, monasteriorum, & ordinis redemptionis captiuorum, ac aliorum locorum prædictorum priuilegia & facultates eos substituendi & deputandi, abdicauerat, et ammouerat, mandans uniuersis et singulis

prædictorũ hoſpitaliũ,monaſteriorũ,ordinis redẽptiõis captiuorũ S.Helmi aliàs S. Adelmi, S.Bouis,s.cti Bernardi,S.Leonardi, Marthæ,ac aliarũ quarũcunq; eccleſiarũ,et piorũ locorũ quæſto ribus cõmiſſarijs,miniſtris,theſaurarijs,depoſitarijs, et aliis offi cialibus,ſi ue aliis perſonis loco Collegio,et uniuerſitatibus, ut pecunias,res,et bona ex quæſtis indulgẽtiis,et aliis præfatis ac= qſita (ut præfertur) dictæ fabricæ applicata,et cõceſſa,penes ip ſos,et eorũ quẽlibet exiſtentia,et nondũ) ut præfertur) minime incorporata præfatæ fabricæ,et pro ea illius Collegio,et deputa tis,ac officialibus prædictis ad opus,et utilitatẽ dictæ fabricæ ex ponẽda,et cõuertenda perſoluerẽt,et aſſignarẽt, eiſdẽ uero tũc & pro tempore dictæ fabricæ deputatis,& præfectis, ut quæ ſtores,commiſſarios,theſaurarios,depoſitarios,& officiales, aut alias perſonas penes quos pecuniæ,res,& bona hmõi exiſtebãt ſub pœnis & cenſuris,de quibus eis uideretur, tam poſteriorũ literarum Pauli prædeceſſoris hmõi q̃ aliorum priuilegiorũ di= ctæ fabricæ,et illius collegio, et deputatis præfatis conceſſorum uigore,ad ſolutionem,& conſignationem hmõi faciendam coge rent,et compellerent,ac eaſdem poſteriores literas,et in eis con tenta quæcunq; inuiolabiliter obſeruari mandarent, et facerẽt, inobedientes,et rebelles,ac contradictores quoſlibet per pœnas, et cenſuras predictas auctoritate ipſius Pauli predeceſſoris ap pellatione poſtpoſita compeſcendo,inuocato ẽt ad hoc ſi opus fo= ret auxilio brachii ſecularis,Et inſu per per eũdẽ Paulũ accepto ꝓ poſt publicationẽ poſteriorũ literarũ ſuarũ hmõi nõnulli loco= rũ ordinarii,eorũq; Vicarii,officiales,et alii miniſtri lucri,ut cre debatur, cupiditate ducti ĩ cõtemptũ earũdẽ poſteriorũ literarũ ſuarũ,et pœnarũ ĩ illis cõtentarũ nõnullis hoſpitaliũ,monaſterio rũ,et aliorũ locorũ prædictorũ quæſtoribus, et cõmiſſarijs quæ=

Alia reuocatio eiuſdẽ Pauli III

stas prædictas faciẽdi, aliaq; prædicta exercẽdi, ac diuersas ĩdul gentias publicandi licẽtias per eorũ patentes literas expresse cõ cedere, & impartiri non erubescebant, uel ipsos quæstuare pu blice permittebant seu dissimulabant, in animarum suarum peri culum; & perniciosum exemplum, ac scandalum plurimorum, præfatus Paulus prædecessor cupiens etiam desuper opportune prouidere motu, & scientia suis similibus uniuersis, & singu lis tam locorum ordinarijs eorumq; Vicarijs, officialibus, & mi nistris, quam alijs quibuscunq; ecclesiarum prælatis sub ingres sus ecclesiæ ac suspensionis à diuinis, necnon excommunicatio nis maioris, alijsq; ecclesiasticis sententijs censuris, & etiam duorum milium ducatorum auri de camera dictæ Fabricæ appli candorum pœnis, per eos eo ipso, absq; aliqua declaratione quo tiens contrauenirent incurrendis, districte præcipiendo manda uit, quatenus ex tunc de cætero aliquas quæstuandi, et indulgen tias publicandi licentias, & desuper cofectas literas quibusuis quæstoribus, uel alijs personis, etiam prætextu cuiusuis antiquæ consuetudinis, uel possessionis eisdem ordinarijs similes licẽtias concedendi, & aliquam partem ex quæstis, & indulgentijs hu iusmodi exigendi, et percipiendi; seu uigore quorumcunq; pri uilegiorum, & indultorum, ac literarum apostolicarum eis eate nus concessorum, uel in posterum concedendorum, absq; expres sa licentia eiusdem Fabricæ deputatorum nullatenus concedere uel impartiri præsumerent, nec ipsos Quæstores publicæ quæstuare permitterent, seu tacendo dissimularent; quinimo eos ad parendum reuerenter posterioribus literis Pauli præ decessoris huiusmodi, & in illis contentis quibuscunq; omnino cogerent, & compellerent. Et insuper eisdem deputatis eorũq; commissarijs contra eosdem ordinarios illorumq; Vicarios, &

ministros, necnon quoscunq; alios ecclesiarum prælatos, superiores, & personas, tam sæculares, q; quorumuis etiam mendicantium ordinum regulares quæstas facientes in euentum contrauentionis ad declarationem incursus censurarum & pœnarum prædictarum procedendi, necnon quæstores præfatos quæstas facientes, & indulgentias hmôi absq; ipsorum deputatorũ expresso consensu ubilibet publicantes, per uiam inquisitionis procedendi, eosq; ubilibet capiendi & incarcerandi, seu incarcerari faciendi, illosq; tanquam inobedientes & rebelles mulctandi, et ad triremes perpetuo, uel ad tempus de quo eis uidebetur relegandi, ac pecunias per eosdẽ quæstores occasione dictarum indulgentiarum uel quæstarum quolibet acquisitas, eisdem Fabricæ *(ut præfertur) applicandas ab eis, & eorum singulis etiam inuitis, & renitentibus uiolenter auferendi, necnõ pro præmissis omnibus & singulis exequendis auxilium brachij sæcularis, quotiens opus foret inuocandi, omnimodam facultatem concessit, prout tam in supradictis, q; diuersis alijs et iteratis uicibus desuper confectis approbatis, & innouatis literis plenius dicitur contineri.* Nosq; *postmodũ uolẽtes, ut singulæ tã* Clementis *q;* Pauli, *& aliorum prædecessorũ hmôi ac nostræ tam sub plumbo q; in forma breuis desuper confectæ literæ, ac per illas concessæ, & concessa facultates priuilegia, & indulta, ac indesequuta quæcunq; firma, & illesa permanerent, illas & illa cum mãdatorum, inhibitionum, suspensionũ quæstarũ indulgẽtiarum, uoluntatum, suppressionũ, cassationũ, reductionũ, approbationum, innouationum, reuocationum, preceptorũ, prohibitionum, abdicationum, ammotionũ, applicationũ, concessionũ, facultatũ ac omnibus, et singulis in eis cõtentis clausulis derogationibus, et decretis, et irritãtibus illarũ tenores, ac si de uerbo ad*

Reuocatio Iulij III.

uerbum inserti foret pro expressis hñtes approbauerimus et cõfirmauerimus, ac plena roboris firmitate subsistere, suosq; plenarios effectus sortiri, et à prædictis, et qbusuis alijs personis quauis authoritate fungentibus inuiolabiliter obseruari decreuerimus, illaq; et illas de nouo, cũ omnibus et singulis indulgẽtijs et plenarijs, facultatibus, mãdatis, inhibitionib. suspẽsioĩbus quæstarũ, uolũtatibus, suspẽsionibus, cassationibus, reductionibus, approbationibus, innouationibus, reuocationibus, præceptis, prohibitionibus, abdicationibus, ammotionibus, applicationibus, cõcessionibus, decretis, et derogationibus, ac alijs prædictis cũ indesequũtis qbuscũq; perpetuo concesserimus, prout in Clemẽtis, et Pauli ac nostris desuper confectis literis hmõi plenius continetur.

Nihilominus nõnulli hospitalium, monasteriorũ, et aliorum locorũ præfatorũ, ac Vicarij, et ordinarij, et alij ministri lucri ut creditur cupiditate ducti, in contẽptũ singularũ literarũ præfatarũ quæstores indulgẽtias præfatas publicare, nonnulli aũt quæstas facere, ordinarij uero, et alii prædicti eisdẽ quæstoribus, et cõmissarijs quæstas hmõi faciendi, ac indulgentias publicandi licentiã & facultatem concedere ac impartiri non erubescunt, in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplum, ac scandalum plurimorum, nos ẽt scandalis hmõi obuiare, ac desuper opportune prouidere uolentes, singularum literarum prædictarũ tenores, ac si de uerbo ad uerbum insererẽtur pñtibus pro expressis hñtes, Motu proprio nõ ad dictæ Fabricæ deputatorũ aut alterius pro eis nobis oblatæ petitionis instantiã, sed de nostra mera liberalitate, firmis semper, et illesis remanẽtibus omnibus, et singulis priuilegijs dictæ Fabricæ cõcessis, singulas indulgentias, et gratias, necnõ omnia et singula priuilegia facultates, et indulta super Deputatiõe cõmissariorũ quæstorũ collecto

Dispositiua.

Motu proprio.

Priuilegijs fabricæ firmis remanentibus.

Reuocatio indulgentiarũ et gratiarũ, necnõ Cõmiss. quæstorum collectorum, & aliorum personarum cum eorum facultatibus, et literis.

rum & aliarum personarum cum facultatibus, dispensationibus, & indultis ac alijs in eis contentis clausulis, singulis hospitalibus, monasterijs, ordinibus prædictis, necnon sanctæ Mariæ de Monserato, sanctæ Mariæ de Codeluppo, Virginis Mariæ dell'Annunciata, & S. Mariæ Redemptionis captiuorum, ac incurabilium Ciuitatis Napolitañ, necnon consolationis, et orphanorũ de Vrbe, ac alijs quibusuis pijs locis, hospitalibus, ecclesijs, ac monasterijs, etiam regularibus, & illorum collegijs, guardianis, officialibus, & personis pro tempore existentibus quomodolibet concessis & approbatis, & de nouo confirmatis, necnon Clementis Pauli, & aliorum prædecessorum hmõi, ac nostras sub quacunq; forma et breuis, & uerborum expressione confectas literas penitus & omnino, nisi si et quatenus deputatorũ præfatæ Fabricæ consensus accesserit, suspendimus, cassamus, irritamus, et annullamus, ac pro non concessis haberi, ipsosq; abbates, Priores, præceptores, commendatarios, Præpositos, Guardianos, ministros eorumq; commissarios, quæstores, collectores, thesaurarios, nuncios, factores, et procuratores, ac alios prædictos, et quosuis alios quauis authoritate fungentes, illis nullatenus uti posse uolumus, decernimus, et declaramus, necnon uniuersis et singulis, tam locorum ordinarijs eorũq; Vicarijs officialibus, et ministris, quam aliis quibuscunq; ecclesiarum prælatis necnon eorundem monasteriorum hospitalium et locorum prædictorum abbatibus, cõmendatariis, præceptoribus, deputatis, societatibus, et collegiis, quibus facultates, priuilegia, indulta, et gratiæ deputandi, commissarios, quæstores, collectores, thesaurarios, nuncios, factores, et procuratores, ac alios prædictos, et indulgentias publicandi, quauis authoritate fungentibus ubilibet constitutis in uirtute sanctæ obedientiæ ac subingressus ecclesiæ, ac suspensio-

Nisi si & quatenus deputatorũ fabricæ cõsensus accesserit.

Mandatum ordinarijs et alijs psonis.

ac suspensionis à diuinis, necnon excommunicationis maioris, aliysq; ecclesiasticis sententiys censuris, & pœnis, ac etiam duorum millium ducatorum auri de camera dictæ fabricæ applicandorum, necnon priuationis omnium, & singulorum monasteriorum, hospitalium, præceptoriarum, domorum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, et quorumuis ordinum regularium per eos quomodolibet obtentorum & obtinendorum, & inhabilitatis ad illa, & aliaquæcũq; in posterum obtinenda eo ipso, absq; alia declaratione desuper faciendu quotiens contrauenerint incurrendis pœnis districtæ præcipiendo committimus, & mandamus, quatenus de cætero aliquas pro prædictis, ac etiam pro iudæis nouiter ad fidem conuersis, aut pro redemptione captiuorum seu quibusuis aliys personis quæstuandi, & indulgentias publicandi licentias, & desuper confectas seu conficiendas literas quibusuis quæstoribus, uel aliys personis etiam prætextu cuiusuis antiquæ cõsuetudinis; uel possessionis eisdem ordinariys similes licentias concedendi, & aliquam partem ex quæstis & indulgentiys huiusmodi exigendi & percipiendi seu uigore quorũcunq; priuilegiorum & indultorum ac literarum apostolicarum eis hactenus concessorum, & in posterum concedendorum, nisi prius per suas literas copiam dictarũ indulgentiarũ publicãdarũ ac quæstarũ fiẽdarũ dictæ fabricæ deputatis trãsmiserint, et ab eis responsũ, cui õino parere debeãt, et obligati sint habuerint ac alias absq; expressa licẽtia dictæ fabricæ deputatorũ nullatenus cõcedere uel impartiri præsumãt, nec ipsos quæstores publice quæstuari permittãt, seu tacẽdo dissimulẽt, quimmo eos ad parendũ mãdatis dictorũ deputatorũ omnino cogant, et cõpellant, necnõ eisdẽ Fabricæ deputatis, eorumq; ministris commissariys, & alys personis præfatis

Pœna.

Priuationis beneficiorum.

Inhabilitas.

Eo ipso.

Ne concedãt aliquas licẽtias questuandi uel ĩdulgẽtias publicãdi et pro iudeis ad fidẽ cõuersis uel pro redemptione captiuorum.

Nisi prius transmiserint copiam literarũ apostolicarum, & indulgentiarum, Deputatis Fabricæ, & ab eis responsũ habuerint.

et alias absq; expressa præfatorum deputatorum licentia.

Facultas deputatorum, & eorum commiss. procedendi contra contrauenientes.

Contra quæstores quæstuantes uigore quarumcunq; literarum apostolicarũ uel cameralium, etiam a camerario, et præsidentibus Ca. Apost. ac curiæ cãrum cam. Apostolicæ auditore uel eius locũtenẽte uel alijs iudicibus ẽt uiuæ uocis oraculo obtentorũ uel obtinendarũ.

Per uiã inquisitionis.

Manu regia.

Facultas capiẽdi & incarcerãdi.

Transmittẽdi ad triremes.

Applicandi Fabricæ pecunias exactas.

per se uel per alium uel alios contra eosdem ordinarios illorũq; Vicarios & ministros, necnon quoscunq; alios ecclesiarum prælatos superiores, et personas tam seculares q̃ quorũuis etiã mendicantium ordinum regulares, indulgentias publicãtes, uel quæstas facientes seu quæstuari, & publicari permittentes uel licentiam dantes, aut contra præmissa aliquo modo se intromittentes in euentum contrauentionis alicuius ex præmissis, ad declarationem incursus censurarum & pœnarum præfatarum procedendi, necnon quæstores præfatos quauis authoritate quæstuantes, ac indulgentias publicantes, etiam uigore quorumcunq; indultorum, & literarum conseruatoriarum seu aliorum priuilegiorũ tam in forma breuis, quàm sub plumbo, aut alias eis concessorũ, ac quorumcunq; tam apostolicarum quàm cameralium, ac aliarum literarum, etiam à camerario præsidentibus, et cameræ apostolicæ ac curiæ causarum eiusdem cameræ Auditore seu Locumtenente seu quibusuis alijs iudicibus & commissarijs etiam uiuæ uocis oraculo aut alias quomodolibet obtentarum, & pro tẽpore obtinendarum absq; consensu præfatorum deputatorum (ut præfertur) per uiã inquisitionis ac alias manu regia procedendi eosq; ubilibet capiendi, & incarcerandi seu incarcerari faciendi, illosq; tanquam inobedientes, & rebelles pœnis etiam pecuniarijs condemnandi uel etiam ad triremes perpetuo uel ad tempus de quo eis uidebitur, relegandi, ac pecunias per eosdem quæstores uel eorum nomine occasione dictarum indulgentiarum uel quæstarum quomodolibet acquisitas, & acquirendas ẽt si nondum ad eorum manus peruenerint uel consignatæ fuerint sed in capsis, uel truncis, aut penes illorum collectores, seu alias quasuis personas existant, eidem Fabricæ ut præfertur applicandi, ac ab eis et eorum singulis, etiã inuitis, et renitentibus,

uiolenter auferendi, necnon pro præmissis omnibus exequendis auxilium brachij sæcularis, totiens quotiens opus fuerit inuocandi licentiam, & omnimodam facultatem, & authoritatē per præsentes concedimus & indulgemus. Cæterum ut præmissa omnia ad omnium notitiam deuenire ualeant singulos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ut de contentis in præsentibus nostris, suis suffraganeis ac Vicarijs, & capitulis suarum ecclesiarum, ac alijs quibus, et quotiens opus fuerit sub eisdem censuris & pœnis eo ipso in contrauenientes incurrēdis, plenam notitiā dare debere, ac præsentes nostras literas, postquam in acie campi Floris, ac ualuis Basilicæ sancti Petri affixæ fuerint, omnes et singulos ordinarios, Vicarios, quæstores, commissarios, abbates, commendatarios, & alias personas huiusmodi & alios quoscunq; in omnibus, et per omnia perinde, ac si personaliter eorum cuilibet præsentarentur, aut intimarentur afficere debere; sicq; in præmissis omnibus per quoscunq; iudices, & commissarios, tam in Romana Curia quàm extra eam deputatos, & deputandos, etiam causarum Palatij apostolici Auditores & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quauis authoritate fungentes in quauis instantia non expectata à nobis alia mentis nostræ declaratione, ac sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, interpretari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super hijs à quoquàm quauis authoritate etiā per nos scienter uel ignoranter in posterium contigerit attemptari irritum, et inane decernimus, & declaramus, non obstantibus præmissis, necnon in prouincialibus & synodalibus conciljs editis generalibus uel specialibus, constitutionibus, necnon hospitalium, & monasteriorum, aliorumq; locorum prædictorum, & quorumuis aliorum

Auf. rēdi p uim
Inuocatio brachij secularis.

Mandatū ut Patriar. archiepi. & epi dent notitiam depremissis suis suffraganeis et vicarijs.

Pñtes affixæ in acie campi Flore et val ba. s. Petri afficiaut omnes.

Sic decerni.

Decretū irritāt.

Derogatio.

membrorum, & ecclesiarum etiam cathedralium, & metropolitanarum, etiam iuramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus stabilimentis usibus & naturis priuilegijs quoq; indultis & literis apostolicis, etiam maremagno nuncupatis, tam sub plũbo quàm in forma breuis etiã ultimo loco hospitali nostro sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, necnon monasterijs Sancti Antonij de sancto Antonio Viennen. & sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Iouis, eorumq; hospitalibus religiosis & præceptoribus, ac præpositis, & alijs ecclesi s, hospitalibus, & locis pijs præfatis, etiam motu simili, ac contemplatione quorumcunq; Regum, Ducum, aut aliorum Principum, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu aliarum personarum, & ex quibusuis urgentissimis causis, etiam à nobis emanatis, & forsan de nouo concessis. sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiã derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus hactenus tam super quæstis, & eleemosinis, ac facultate, & iure quæstuandi, & eleemosinas recipiendi in genere, & in specie quàm alias quomodolibet etiam super quibusuis exemptionibus, facultatibus, & immunitatibus in contrarium nouissime concessis approbatis, et innouatis quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, indiuidua, & expressa, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de uerbo ad uerbum nil pœnitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse uolumus, necnõ omnibus illis quæ in sin-

Derogat maris magno.

Nomina locorũ.

gulis literis prædictis concessum fuit nō obstare, cæterisq; cōtrarijs quibuscunq; aut si aliqbus cōmuniter uel diuisum ab apostolica sit sede indultum, quod interdici suspendi, uel excōmunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenā, et expressam, ac de uerbo ad uerbū de indulto hmōi mentionē. Volumus autem quod transumptis et impressis manu Secretarij collegij præfatæ Fabricæ hmōi subscriptis, ac sigillo præfatæ Fabricæ munitis eadē prorsus fides adhibeatur, quæ pñtibus adhiberetur si essent exhibitæ uel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, Die VI. Aprilis. M. D. LIIII. Pontificatus nostri Anno Quinto.

De trāsumptis.

1554.

Hu. Gadicen.

P. Aloisius Fidelis.

ANNO A Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quarto, Indictione Duodecima, Die uero Decima, Mensis Decembris. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Iulij Diuina prouidentia Papæ Tertij, Anno quinto retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floris, & ualuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, iuxta literarum tenorem per me Iacobum Carra Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Thomas Rager Magister Curs.

BREVE S. D. N. IVLII III. SVPER *exequutione donationum inter uiuos factarum nondum executarum.*

Dilectis filijs Iconomis, & Praefectis Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe.

IVLIVS PP. III.

Dilecti Filij salutem & Apostolicam benedictionem Accepimus uos in prosequutione exactionis relictorum ad pias causas factorum & aliorum Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe per fe. re. Iulium Secundum, Leonem Decimum, Adrianum Sextum, Clementem Septimum, & Paulum Tertium Ro. Pont. praedecessores nostros applicatorum, & per nos confirmatorum multas etiam inuenisse donationes inter uiuos factas, in quibus nonnulli introitus, census, redditus, prouentus, stabilia et mobilia bona, ac res aliae diuersis ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, locis, & personis pijs, & pro donatorum seu aliorum animabus donata, & pie elargita reperiuntur, quae adhuc inexequuta, & non satisfacta remanent, quod ipsarum heredes, & fideicommissarij dictorum donatorum, & aliae personae, quae ad huiusmodi bonorum satisfactionem de Iure tenentur commissioni uobis factae conantur opponere, & contraire, sub praetextu, quod iurisdictio uobis per praedecessores praefatos, & nos super huiusmodi relictorum exactione concessa, ad dona

tiones inter uiuos factas minime se extendit, & ita pias donatorum præfatorum dispositiones uiolare nituntur: Nos igitur uolentes (ut par est) in premissis opportune prouidere ad tollendas omnes dubietates, exceptiones, & oppositiones per presentes declaramus, nostræ intentionis fuisse, & esse, ut donationes inter uiuos, & ad pias causas tantum factæ, & quæ pro tempore fieri contigerit per uos, & à uobis pro tempore substitutos exequerentur. Et quinta pars bonorum, & rerum in eis donatorum ad opus dictæ Fabricæ conuerteretur, & quatenus opus sit uobis, & substitutis præfatis tenore præsentium de nouo, ut omnes, & quascunq; donationes inter uiuos in quibus aliqua bona (quæ ac donationum huiusmodi tenores hic pro expressis haberi uolumus) ad pias causas à donatoribus donata, & elargita fore repereritis, uijs, & remedijs in uestris commissionibus à nobis, & prædecessoribus præfatis concessis, & confirmatis exequi, & quintam partem bonorum huiusmodi ad usum dictæ fabricæ applicare possitis, & ualeatis de speciali gratia concedimus, & indulgemus, ac donatorum huiusmodi uoluntates quo ad quintam partem præfatam commutamus, & sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunq; iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Causarum Palatij Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari & diffiniri debere, & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari irritum, et inane decernimus, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ dicti prædecessores, & nos in singulis eorum, & nostris commissionibus huiusmodi, ac illarum confirmationibus uolui-

Donationes Factæ inter uiuos & quæ pro tempore fiēt exequātur a deputatis. Quinta pars conuertatur ad Fabricam.

Facultas de nouo exequendi.

Commissario uolūtatis donatorū. Sic sententiari

Decretū irritās.

Derogatio.

De trāsumptis. mus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq; Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca, ubi opus foret deferri, uolumus ut earum Transumptis manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius prælati ecclesiastici munitis, eadem prorsus fides, adhibeatur in iudicio, & extra, quæ adhiberetur præsentibus si essent exhibitæ uel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die ultima Iulij. M. D. L I. Pontificatus nostri Anno secundo.

1551.

Rom. Amaseus.

Suspensio indulgentiarum durante Quadragesima in fauorem Fabricæ.

MOTV PROPRIO Cum, nos alias seu nuper ex certis tunc expressis causis nonnulla Indulgentias, cōcessiones, gratias, indulta, et facultates cōfraternitati beatæ Mariæ de Iesu Redemptionis captiuorum nuncupatæ in Ecclesia domus sancti Dominici Neapolitañ. ordinis fratrum prædicatorum institutæ, & certis alijs confraternitatibus, hospitalibus, Ecclesijs, & pijs locis. Ita quòd literæ desuper cōfectæ sub qbusuis reuocationibus, aut suspensionibus, similiū uel dissimiliū Indulgentiarū minime comprehenderentur, &

& quotiens reuocari seu suspendi contigeret totiens in pristi-num statum restitutæ essent, & esse censerentur irritanti de-creto desuper adiecto, & alias sub certis modo, & forma, tunc expressis concesserimus, & elargiti fuerimus, ac indulgentiæ, & concessiones gratiæ indulta, & facultates huiusmodi in ma ximum Fabricæ Basilicæ sancti Petri de Vrbe, præiudicium cesserint & cedant, & conueniens uideatur ut dicta Fabrica pro illius, & eiusdem Basilicæ quæ cæterarum caput, & prin-cipalis existit excellentia ac Vrbis nostræ decore, ac uenusta-te, imprimis, & ante omnia perficiatur, & ad optatum finem perducatur, & ab alijs locis minime quoad consequendas Chri stifidelium eleemosinas impediatur, seu eleemosinis ipsis ad illi-us perfectionem necessarijs fraudetur, Nos igitur indemnitati dictæ Fabricæ, ac illius perfectioni quantum in nobis est consu lere uolentes omnia & singula Indulgentias, etiam plenarias, ac concessiones gratias, & indulta, ac etiam eligendi, & depu-tandi confessores qui absoluant, & alia faciant, ac reliquas omnes facultates huiusmodi indulgentias concernentes prædi-ctæ, & quibusuis alijs confraternitatibus Ecclesijs, Monaste-rijs, Hospitalibus, & alijs, etiam regularibus, & pijs locis in quibuscunque Regnis, Prouincijs, & Dominijs existentibus præ terquam in Regnis Hispaniarum, & illis annexis ex quibus-uis causis, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam Im-peratoris, Regum, Ducum, uel aliorum Principum intuitu, seu contemplatione etiam motu simili concessas, & concessa præter quàm quoad ea in quibus indulgentiæ, & facultates ipsæ in ali qua sui parte iam sunt sortitæ effectum, ita ut prædicta, & aliæ Confraternitates, & Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, ac loca huiusmodi illis uti, seu illa publicari facere, aut quæ-

Reuocatio omnium indulgentiarum, & gratiarum cō cess. quibusuis etc.

Ac quæstarum.

A die Mercurij quadragesimę vsque ad Octauam D.N. Iesu Christi inclusiue.
Nisi accedat consensus deputatorum.
Inhibitione se intromittāt durante dicto tempore.
Pœnæ in contra uenientes.
Excōicatio latæ sententiæ eo ipso.

stas aliquas exercere minime possint, seu debeant à die Mercurij Quadragesimæ usq; ad octauam resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi inclusiue uniuscuiuscunq; Anni dicta Fabrica durante nisi si, & quatenus Deputatorum præfate Fabricæ consensus accesserit eorumq; omnium uim, & effectum per ipsum tempus suspendimus, & suspensas esse, & interim nullo modo publicari, seu effectum sortiri aut locum sibi uendicare, nec alicui suffragari debere, irritum quoq; & decernimus, & declaramus necnon eisdem Confratribus, & quibusuis personis pro Confraternitatibus, Monasterijs, Ecclesiis, Hospitalibus, & locis prædictis nunc & pro tempore deputatis sub nostræ indignationis, necnon excommunicationis latæ sententiæ eo ipso per contrafacientes incurrendis pœnis ne durante dicto tempore de huiusmodi indulgentijs, concessionibus gratijs, indultis, & facultatibus ac quæstis se intromittere quoquomodo audeant, seu præsumant districtius inhibemus non obstan. præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisq; contrarijs quibuscunq; cum clausulis opportunis & consuetis.

Fiat Motu proprio. I.

ET CVM Suspen. Inhibitione decreto, declaratione, & alijs de & pro omnibus, & singulis supradictis quæ pro sufficienter repetitis habeantur latissime exten: & quod præmissorum omnium & singulorum necnon indulgentiarum concessionum gratiarum indultorum & facultatum Confraternitatum, Monasteriorum, Ecclesiarum, Hospitalium, & locorum

prædictorum maior uera & amplior specificatio, & expressiō fieri possit in literis per Breue nostrum si uidebitur, etiam ad unum quēmq; locum separatum, & in specie in uno non facta mentione de alijs expedien. aut si uidebitur præsentis Motus proprij sola signatura sufficiat, & ubiq; fidem faciat in iudicio, & extra regula contraria non obstan. & quòd transumptis literarum super præsentibus conficien. manu Notarij ipsius Fabricæ subscriptis, & sigillo Collegij eiusdem Fabricæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur quæ eisdem originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ uel ostensæ, & cum decreto quòd indulgentiæ concessæ dictæ Confraternitati redemptionis captiuorum non possint ullo unquā futuro tempore publicari per Commissarios, nec alios extra Ciuitatem Neapolitan.

Quòd fieri possit uendere specificatio in literis in una non facta mētione de alijs.

De Trāsumptis.

Decretum q̄ indulgentiæ cōcessæ confraternitati redēptionis captiuorum no possint publicari p Cōmis. nec alios extra Ciuitatem Neapolitañ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, octauo Kal. Febr. Anno secundo.

FIAT. I.

Registrata Lib. 31. fol. 242.

KK

CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM Fabricae Principis Apostolorum de Urbe facta per S. D. N. Paulum diuina prouidentia PAPAM IIII.

PAVLVS PAPA IIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmium.

POst nostrā ad summi Apostolatus officij assumptionem toto cordis affectu semper mente reuoluimus, celeberrimam diui Petri apostolorū principis Basilicam, quae in admirabilem consurgit structuram (prout tenemur) debito fine terminare, ne desertis aedificijs quod iam factum est pereat, & tantum opus tanta pecuniarum ui excitatum frustra corruat, & cum Iulius secundus, & successiue alij praedecessores nostri suas, & sedis apostolicae facultates ad tantum opus perficiendum minime sufficere posse uideret, omnes Christifideles coelestis Thesauri praemijs, & alijs spiritualibus gratijs, & donis toto nixu ad tā piū, & laudabile opus inuitauerint diuersas indulgentias etiā plenarias, & facultates, tam cis, quàm Collegio officialium ad curam dictae Fabricae per sedem apostolicam deputatorum concedendo, & innouando, & postmodum Marcellus secundus etiā praedecessor noster, ac Nos aliorum praedecessorum nostrorum uestigia insecuti, indulgentias etiam plenarias, ac facultates priuilegia praerogatiuas, & indulta, à praedecessoribus nostris concessa in crastinum nostrae ad summi apostolatus apicem assumptionis in genere reuocauerimus, & suspenderimus, dictusq;

Narratiua facultatum & gratiarum cōcessarum a Pont. Fabricae, et eius Collegio. Narratiua regularum Cancellariae ī crastinū assumptionis ad sūmum apostolatus apicem factarū a Marcello II. et ipso Paulo reuocan. oēs indulgēias & gratias.

Marcellus sicut Domino placuit ad humanis fuerit exemptus, ne propter huiusmodi reuocationes Christifideles ad tam pium, & laudabile opus tepidiores reddantur, & Fabrica interrupta pendere cogatur. Motu proprio ex certa scientia nostra indulgentias etiam plenarias, facultates, priuilegia, prærogatiuas et indulta prædicta, per Iulium secundum, Leonem X. Adrianum quartum, Clementem VII. Paulum III. & Iulium etiam III. prædecessores præfatos Fabricæ, & Collegio præfatis concessas, & concessa, cum omnibus & singulis decretis, & clausulis in singulis literis desuper tam sub plumbo quàm in forma breuis confectis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus. Non obstantibus præmissis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ in singulis literis prædictis concessum fuit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca ad quæ expediens foret deferre, uolumus, et dicta auctoritate decernimus, quod earum transumptis manu Secretarij Collegij præfati subscriptis, & sigillo dictæ Fabricæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur indubia, quæ præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ uel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris. Die Vigesima quarta Iunij. M.D.LV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Motu proprio.
Confirmatio indulgentiarũ facultatum priuilegiorum, & indultorum Fabricæ, & eius Collegij.
Cum omnibus et singulis decretis et clausulis ĩ singulis literis contentis.
Derogatio.
De Trãsumptis.
1555.

Hie. Gadicen.

P. Aloisius Fidelis.

Folio 1.pagina 2.linea 12. vbi legitur loca lege loco
Fol. 2 pag. 1.linea 5.deme in
Fol. 3.pag. 1.lin.x. vbi & ex
Fol. 5.pag. 1.lin. 20.inter, & in, adde, vt
Eadem pag.lin. 22.vbi, bis, eis
Fol. eodem pag. 2.linea. 6. vbi, foreut forent
Eadem pag.lin. 14. vbi unte ante
Eadē pag.li. 22.vbi relicta relicta
Fol. 8.pag. 1.linea. 9. vbi fabrica fabrice
Fol.eodem, pag. 2.lin. 8. post quisbusuis adde personis
Fol. 9.pag. 1.lin. 11.vbi obstautibus obstantibus
Fol. 10.pag. 1.lin. 18 vbi imdulgentijs indulgentijs
Fol. 12.pag. 2.linea. 21.post, & adde vobis
Fol. 13.pag. 1.lin. 11. vbi exactores exactiones
Fol. 15.pag. 1.lin. 23. vbi presetibus presentibus
Fol. 17.pag. 1.linea 23. vbi iniuncti, iniuncto
Fol. 20.pag. 2.lin. 20, post propter adde ipsorum
Eadē pag.lin. 25. post ēt adde, si,
Fol. 22.pag. 1.lin. 27. vbi occasiones, occasione
Fol. 23.pag. 2.linea. 19. post & adde que.
Eadē pag.linea 25. vbi animbus animabus
Fol. 24.pag. 1.linea 2.vbi distam dictam
Fol. 28.pag.p.lin. 1.vbi arbitraomur, arbitramur
Fol. 31.pag. 2.linea. 9.vbi furit, fuerit
Eadem pag.lin. 21.vbi confugere confingere
Fol. 35.pag. 1.li. 14.vbi diguiorum digniorum
Fol. 42.pag. 2, lin. 13. post eterna adde bona
Fol. 46 pag. 1.linea. 27 post Domini, adde, legi
Fol. 70.pag. 2.linea vltima, ubi vaij varijs
Fol. 72.pag. 2.linea. 4. vbi Mec non, nec non
Fol. 74.pag. 2. lin. vltima in fine adde t.
Fol. 87.pag. 1. lin.x. vbi siugula singula
Fol. 94.pag. 1.lin. 6. post indultis adde dilectis
Fol. 101.pag. 1.li. 26.vbi nulluis nullius
Fol. 106.pagina. 2. linea. 13.vbi reuncatiō reuocatiō
Fol. 110.pag. 1.linea. 3. vbi mulstandi mulctandi